

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Martini Chemnitii, Doctoris Theologi celeberrimi, Harmonia Quatuor Evangelistarum

Quam ab Eodem feliciter inchoatam ... D. Polycarpus Lyserus, et D.
Johannes Gerhardus, ... Is quidem continuavit, Hic perfecit ; Opus
Eruditionis Stupendæ, Orthodoxorum consensu approbatum, idemque tot
Eruditorum desideriis adhuc expetitur

Qui D. Johannis Gerhardi Continuationis Partes Tertiam, Quartam,
Quintam, Eamque postremam complectitur - Denuo nunc in Lucem prodit,
Cum jndicibus ...

**Gerhard, Johann
Chemnitz, Martin
Leyser, Polycarp**

Hamburgi, MDCCIII

VD18 90617819

Caput CCV. Christus A Josepho Arimathæo Et Nicodemo Honorifice
Sepelitur.

urn:nbn:de:gbv:45:1-17617

CAPUT CCV.

CHRISTUS A JOSEPHO ARIMATHÆO ET NICODEMO HONORIFICE SEPELITUR.

MATTH. 27. v. 57. MARC. 15. v. 42. LUC. 23. v. 50. JOHANN. 19. v. 28.

RATIO ORDINIS.

On solum in Symbolo Apostolorum, sed etiam in Historia Evangelistarum mortem CHRISTI immediatè sequitur ipsius sepultura Matthæus enim & Marcus dicunt vesperâ parasceves Sabbathum Paschale præcedentis, hoc est, illius ipsius diei, in qua Christus passus ac mortuus fuit, sepulturæ honorem à Josepho eidem exhibitum fuisse. Cum ergò Christus in cruce expiraverit circa horam nonam, ex eo intelligitur, quod circa horam decimam ex cruce depositus sepulchro fuerit illatus, dandum enim aliquid temporis crurifragio latronum & confixioni lateris Christi, itemque reliquis miraculis, quæ in-

ter mortem & sepulturam Christi intercesserunt. Johannes connexionem ostendit per particulam, ταυτα, post hæc, quæ respicit Historiam de morte Christi, non autem proximè præcedentem de crurifragio latronum & perfossione lateris Christi. Judæi etiam ante mortem Christi rogaverant Pilatum, ut crucifixorum crura frangerentur & corpora eorum è cruce ante Sabbathum tollerentur. Illis igitur à Pilato digressis venit Joseph petens corpus Jesu sepeliendum sibi dari, & impetratâ à Præsidente sepeliendi potestate venit in montem Golgothæum, antequam latronum simul cum Christo crucifixorum corpora in proximam vallem projicerent, vel terrâ leviter egestâ occulerent.

HISTORIA DE SEPULTURA CHRISTI.

MATTH. 27.

- 57. Οψίας ἡ ἡσυχίας ἡλθεν ἄνθρωπος πλῆσιος διὰ Ἀριμαθαίας, τὸ ὄνομα Ἰωσήφ, ὃς καὶ αὐτὸς ἐμαθητεύσεν τῷ Ἰησοῦ.
58. Ἐτὼ προσελθὼν τῷ Πιλάτῳ ἠτήσεν τὸ σῶμα Ἰησοῦ, τότε ὁ Πιλάτος ἐκέλευσεν δοθῆναι τὸ σῶμα.
59. Καὶ λαβὼν τὸ σῶμα ὁ Ἰωσήφ ἐνετυλίξεν αὐτὸ σινδῶνι καθαρῷ.
60. Καὶ ἔθηκεν αὐτὸ ἐν τῷ καινῷ αὐτῶ μνημείῳ ὃ ἐλατῶμεν ἐν τῇ πετρᾷ καὶ προσκυλίσαμεν λίθον μέγαν τῆ θύρας καὶ μνημεῖα ἀπέκλεισεν.
61. Ἦν ἑκεῖ Μαρία ἡ Μαγδαλινα καὶ ἡ ἄλλη Μαρία καθήμεναι ἀπέναντι τῆ τῆς.

- 57. Cum autem vespera facta esset, venit homo dives ab Arimathea, nomine Joseph, qui & ipse discipulus erat Jesu.
58. Hic accessit ad Pilatum ac postulavit corpus Jesu. Tunc Pilatus jussit reddi corpus.
59. Et cum accepisset corpus Joseph, involvit illud sindone munda.
60. Et posuit illud in monumento suo novo, quod excident in Petra & advoluto saxo ingenti ad ostium monumenti abiit.
61. Erant autem ibi Maria Magdalena & altera Maria sedentes contra sepulchrum.

MARC. 15.

- 42. Καὶ ἤδη ὁψίας ἡσυχίας (ἐπεὶ δὲ τὸ παρασκευὴ ὁ ἐστὶν ἡ παρασκευὴ ἑσπέρη.)
43. Ἦλθεν Ἰωσήφ ὁ διὰ Ἀριμαθαίας ἐναχίμων βασιλεύτης ὃς καὶ αὐτὸς ἐστὶν προσδεχόμενος τῷ βασιλείῳ ἔθεός τε καὶ τῶν ἡσυχίας εἰσῆλθε πρὸς Πιλάτον καὶ ἠτήσεν τὸ σῶμα Ἰησοῦ.
44. Ὁ δὲ Πιλάτος ἐθαύμασεν, εἰ ἤδη τέθνηκε καὶ προσκαλεσάμενος τὸν Κεντυρίωνα ἐπηρώτησεν αὐτὸν εἰ πάλαι ἀπέθανε.
45. Καὶ γινῶσκει ἀπὸ τοῦ Κεντυρίωνος ἐδώκεν αὐτῷ τὸ σῶμα τῷ Ἰωσήφ.
46. Καὶ ἀγοράσας σινδῶνα καὶ καθελὼν αὐτὸν ἐνέκλισε τῇ σινδῶνι καὶ κατέθηκεν αὐτὸ ἐν μνημείῳ ὃ ἐστὶν ἐλατῶμεν ἐκ πέτρας καὶ προσκυλίσαμεν λίθον ὅτι τῷ Ἰησοῦ καὶ μνημεῖα.
47. Ἦν ἡ Μαρία ἡ Μαγδαλινα καὶ Μαρία Ἰωσήφ ἐθεώρων ἀπέναντι.

- 42. Et cum jam venisset vespera (quoniam erat Parasceve, quæ præcedit Sabbathum.)
43. Venit Joseph ortus ex civitate Arimathea, honestus Senator, qui & ipse erat expectans regnum Dei, & sumta audaciâ ingressus est ad Pilatum & petiit ab eo corpus Jesu.
44. Pilatus autem admiratus est, si jam mortuus esset & accessit ad se Centurione interrogavit illum, an jamdudum mortuus fuisset.
45. Et re cognita ex Centurione donavit corpus ipsi Joseph.
46. Et is mercatus sindonem, depositum cum involvit sindoni, deposuitque in monumenta, quod erat excisum à Petra & advoluit lapidem ad ostium monumenti.
47. At Maria Magdalena & Maria Joseph spectabant ubi poneretur.

LUC.

LUC. 23.

- 50. Καὶ ἰδὲ αὐτὸν ὀνόματι Ἰωσήφ Βελευτῆς ὑπάρχον αὐτῆρ ἀρχῆος καὶ δικαίου.
- 51. ἔτι οὖν οὐκ ἔτι συγκατατεθειμένῳ τῇ Βελῆ καὶ τῇ πρῶτῃ αὐτῶν, δότ' Ἀρμαθαίας πόλεως τῶν Ἰουδαίων, ὅς καὶ προσεδέχετο καὶ αὐτὸς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.
- 52. ἔτι οὖν προσελθὼν τῷ Πιλάτῳ ἤησαστο τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ.
- 53. Καὶ καθελὼν αὐτὸν ἐνετύλιξεν αὐτὸν σινδῶνι καὶ ἔθηκεν αὐτὸ ἐν μνήματι λαξεύτῳ ἔνθα οὐκ ἔδεδῶκεν εἰσεῖν κείνῳ.
- 54. Καὶ ἡμέρα ἦν ἡ Παρασκευή καὶ Σάββατον ἐπέφωσκε.
- 55. Κατακολλησασαὶ δὲ καὶ γυναῖκες αἰτίνας ἧσαι συναρταῖσαι αὐτῷ ἐκ τῆς Γαλιλαίας ἐξέσταντο τὸ μνημεῖον καὶ ὡς ἐτέθη τὸ σῶμα αὐτοῦ.
- 56. ὑποσπείσανται δὲ ἡτοιμάσασιν δρωμάτα καὶ μύρα. καὶ τὸν δὲ Σάββατον ἡσυχάσων καὶ τὴν ἑπολλῶν.

- 50. Et ecce vir nomine Joseph, decurio existens, vir bonus ac justus.
- 51. Hic non consenserat consilio ac facto eorum, oriundus ab Arimathea civitate Judeorum, qui expectabat et ipse regnum Dei.
- 52. Hic accessit ad Pilatum et postulavit corpus Jesu.
- 53. Et depositum involvit sindone et posuit illud in monumento, quod erat ex lapide excisum, in quo nondum quisquam fuerat positus.
- 54. Et dies erat Parasceve et Sabbatum illucescebat.
- 55. Subsecuta autem et mulieres, que cum eo venerant de Galilee, viderunt monumentum et quemadmodum positum erat corpus ejus.
- 56. Reversa vero paraverunt aromata et unguenta, ac Sabbato quidem quieverunt secundum preceptum.

JOHANN. 19.

- 38. Μετὰ δὲ ταῦτα ἠρώτησε τὸν Πιλάτον ὁ Ἰωσήφ δότ' Ἀρμαθαίας (ὡν μαθητῆς ἦν Ἰησοῦ κρυμμένου) ἢ Δάξ τοῦ Φόβου τῶν Ἰουδαίων) ἵνα ἀρῇ τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ καὶ ἐπέσειψεν ὁ Πιλάτος, ἦλθεν ἔνθα καὶ ἔλαβεν τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ.
- 39. Ἦλθεν δὲ καὶ Νικόδημος (ὁ ἐλθὼν πρὸς τὸν Ἰησοῦν νυκτὸς τὸν περὶ τὸν Φεβρουάριον μίγμα σμύρνης καὶ ἀλφειῶν ὡσεὶ λίτρων ἑκατόν).
- 40. Ἐλάβον ἔνθα τὸ σῶμα καὶ ἔδωκαν αὐτὸ ὀθονίους μίγματος δρωμάτων, καθὼς ἐθετοῖς τοῖς Ἰουδαίοις ἐν ταφῇ.
- 41. Ἦν δὲ ἐν τῷ τόπῳ τῷ ὅπου ἐστειρώθη καὶ ἦν ἐν τῷ κήπῳ μνημεῖον καινὸν ἐν ᾧ οὐκ ἔδεδῶκεν εἰσεῖν.
- 42. Ἐκεῖ ἔνθα τὴν Παρασκευήν τῶν Ἰουδαίων, ὅτι ἐγγὺς ἦν τὸ μνημεῖον, ἔθηκεν τὸν Ἰησοῦν.

- 38. Post hac autem rogavit Pilatum Joseph Arimatheensis, qui erat discipulus Jesu, sed occultus propter metum Judeorum, ut tolleret corpus Jesu et permisit Pilatus. Venit ergo et tulit corpus Jesu.
- 39. Venit autem et Nicodemus, qui veniens ad Jesum nocte primum, ferens mixturam myrrhe et aloes ad libras ferme centum.
- 40. Acceperunt ergo corpus Jesu et obvinerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Judeis sepelire.
- 41. Erat autem in eo loco, ubi crucifixus est, hortus et in horto monumentum novum, in quo nondum quisquam positus erat.
- 42. Ibi ergo propter parasceven Judeorum, quod in propinquo esset monumentum, posuerunt Jesum.

DE COAGMENTATIONE CIRCUMSTANTIARUM HUIUS HISTORIÆ.

Prior est Evangelistæ solum Josephum Arimatheensem curatorem sepulturæ constituunt sed Johannes, qui post reliquos postremus scripsit, etiam Nicodemum intervenisse testatur, Interim quia Josephus solus à principio hoc negotium suscepit et corporis Jesu sepeliendi potestatem à Pilato impetravit, Nicodemus verò postmodum accedens Josephum ut ducem et auctorem secutus est; ideo tribus Evangelistis in brevi narratione visum fuit sufficiens uni Josepho sepeliendi officium tribuere. Sic ergo collocabimus Historiam, ut primo loco enumerentur ea, quæ Josephus in sepultura Christi præstitit ac deinde subjiciatur mentio Nicodemi ex Johanne, tandem utrique horum sepeliendi officium tribuatur, cum in plurali dicat Evangelista: Acceperunt ergo corpus Jesu et obvinerunt illud linteis cum aromatibus, ut mos est Judeis sepeliri. Proinde quod reliqui Evangelistæ dicunt Josephum involvisse corpus Jesu sindoni mundæ, ac posuisse in monumento novo, ab illius operis societate Harm. Tom. III. vel Gerbard. Cent. pars quarta.

Nicodemus non est excludendus, is enim vel ad crucem, vel ad monumentum ex improvise interveniens & libras unguenti aromatici ferme centum afferens, sumtuosâ liberalitate Josephi promptitudinem exæquavit. Augustinus lib. 3. de consol. Evangel. cap. 23. Johannes non repugnat reliquis Evangelistis &c. Neque enim illi, qui de Nicodemo tacuerunt, affirmarunt, à solo Josepho Dominum sepultum, quamvis solius commemorationem fecerint, aut quia illi unâ sindone à Josepho involutum dixerunt, propterea prohibuerunt intelligi et alia lintea potuisse afferri à Nicodemo et superaddi, ut verum narraret Johannes, quod non uno linteo sed linteis involutus sit, quamvis et propter sudarium, quod capiti adhibebatur et institas, quibus totum corpus alligatum est, quia omnia de lino erant, etiam si una sindon ibi fuit, verissime dici potuit, ligaverunt eum linteis. Lintea quippe generaliter dicuntur, que lino texuntur.

Ff HAR-

HARMONIA HUIUS HISTORIÆ.

Μετὰ τὴν αὐτῆς ἡδὴ οὐσίας ἡμοιωμένης (ἐπεὶ ἡ ὄρασις αὐτῆς, ὅ ἐστι Προσέβατον) καὶ ἦλθεν ἀνδραποῦ πλῆσι. Διότι Ἀρματωσίας πόλεως Ἰουδαίων ὀνομασί (ὄνομα) ὁ ἰωσήφ ἑνὸς τῶν βασιλέων τῶν παλαιῶν αὐτῆς ἀρχῆς καὶ δικαίου, ἐπὶ οὗ ἡ σὺν κατασκευασθεὶς τῆ βασιλῆ καὶ τῆ περὶ αὐτῶν, ὅς καὶ αὐτὸς ἐμαρτύρησε τῷ Ἰησοῦ ὡν μαθητὴς ἔῃ Ἰησοῦ κεκοιμηθεὶς ἡ δὲ τὸ Φόβον Ἰουδαίων καὶ ἡ σὺν προσδεχόμενος (προσδεχόμενος) τῷ βασιλείῳ ἔῃ Ἰησοῦ, ἐπὶ τὸν τολμητικὸν εἰσήλθε πρὸς Πιλάτον καὶ προσελθὼν τῷ Πιλάτῳ ἠρώτησε τὸ σῶμα ἔῃ Ἰησοῦ, ἠρώτησε (ῥ) τὸν Πιλάτον, ἵνα αὐτῷ τὸ σῶμα ἔῃ Ἰησοῦ, ὃ ἡ Πιλάτος ἐβλάστησεν, εἰ ἡδὴ τεθνήκε καὶ προσκαλεσθεὶς τὸν κεντυρίωνα ἐπρωτησεν αὐτὸν εἰ πάλα ἀπέθανε καὶ γὰρ διὰ κεντυριῶν ὁ Πιλάτος ποτε ἐπέτρεψεν (καὶ) ἐκέλευσεν Διοδοτήναι (καὶ) ἐδώκεν αὐτῷ τὸ σῶμα τῷ Ἰωσήφ. ἦλθεν ἔν καὶ ἡρε τὸ σῶμα ἔῃ Ἰησοῦ καὶ ἀγοράσας σινδὸνα καὶ καθελὼν αὐτὸν καὶ λαβὼν τὸ σῶμα ὁ Ἰωσήφ ἐνείλησε (ἐνετύλιξεν) αὐτὸ τῷ σινδόνι καθαρῶ. ἦλθε ἡ καὶ Νικόδημος ὁ ἐλθὼν πρὸς τὸν Ἰησοῦν νυκτὸς τὸ πρῶτον φέρων μίγμα σμύρνης καὶ ἀλόνος ὡσεὶ λίτρας ἑκατὸν. ἔλαβον ἔν τῷ σῶμα ἔῃ Ἰησοῦ καὶ ἐθήσαν αὐτὸ ὀθονίοις μὲν τῶν δρωμάτων καθῶς ἐστὶν καὶ τοῖς Ἰουδαίοις ἐναφίσει. ἡ δὲ ἦν τῷ ἔργῳ ὅσως ἐξαρῶν καὶ ἐν τῷ κήρῳ μνησκῶν αὐτὸν ὁ Ἰωσήφ ἐν τῷ καινῷ αὐτῆς μνησκῶ (μνησκῶ) λαζάρῳ ὅ ἐλατόμῃσεν ἐν τῷ ἔργῳ (ὅ ἡ ἡλεῶν μνησκῶν ἐν τῷ πέτρῳ) καὶ προσκυλίσει (προσκύλισε) λίθον μέγαν ἐπὶ τῷ τύρῳ (τῷ τύρῳ) ἔῃ μνησκῶ ἀπῆλθεν καὶ ἡμέρα ἡ ὄρασις αὐτῆς καὶ Σάββατον ἐπέφωσκε, ἐκείνῃ δὲ τῷ ὄρασις αὐτῆς Ἰουδαίων, ὅτι ἐγγὺς ἡ τῷ μνησκῶ, ἐθῆκαν τὸν Ἰησοῦν. ἡ δὲ ἐκείνη Μαρία ἡ Μαγδαλλῆ καὶ ἡ Μαρία ἰωσήφ κατὰ κληθήσασα καὶ ἡ γυναῖκες αὐτῆς ἡσιν πνευληλυθείαι αὐτῶν ἐκ τῆ Γαλιλαίας (αἱ) κατὰ ἡμέρας ἀπέθανε ἔῃ πῶς ἐθῆσαν αὐτῷ τῷ μνησκῶ (καὶ) ἐθῆσαν αὐτῷ τῷ μνησκῶ καὶ ὡς ἐπέτη τὸ σῶμα αὐτῆς, προσέβασα ἡ ἡτοίμασεν δρώματα καὶ μύρα καὶ τὸν μὲν Σάββατον ἡσυχάσεν καὶ τῷ ἐντολή.

Post hac autem cum jam venisset vespera, (quoniam erat Parasceve, quæ præcedit Sabbathum) venit homo dives ortus ab Arimathæa civitate Judæorum nomine Joseph honestus Senator (decurio) existens, vir bonus ac justus, hic non consenserat consilio ac facto eorum, qui et ipse discipulus erat Jesu, sed occulcus propter metum Judæorum, qui expectabat et ipse regnum Dei, hic summa audacia ingressus est ad Pilatum et accedens ad Pilatum petiit (postulavit) corpus Jesu, rogavit (enim) Pilatum, ut tolleret corpus Jesu. Pilatus autem administratus est, si jam mortuus esset, et accessit ad se Centurione interrogavit illum, an jamdudum mortuus fuisset. Et re cognita ex Centurione tunc Pilatus permisit et jussit reddi et donavit corpus ipsi Joseph. Venit ergo et tulit corpus Jesu, et si meretur sindonem et depositum illum, et cum accepisset corpus Joseph, involvit illud sindone mundâ. Venit autem et Nicodemus, qui venerat ad Jesum nocte primùm, ferens mixturam myrrhe et aloes ad libras ferme centum. Acceperunt ergo corpus Jesu et obvinerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Judæis sepelire. Erat autem eo in loco, ubi crucifixus est hœrens et in horto monumentum novum, in quo nondum quisquam positus erat. Et deposuit (posuit) illud (illum) Joseph in monumento suo novo, quod erat et lapide excisum, quod exciderat in petra, (quod erat excisum è petra) in quo nondum quisquam fuerat positus. Et advoluto saxo ingenti ad ostium monumenti abiit. Et dies erat Parasceve et Sabbathum illucebat, ibi ergo propter Parasceven Judæorum, quod in propinquo esset monumentum, posuerunt Jesum. Erat autem ibi Maria Magdalena, et altera Maria Jose, subsecuta autem et mulieres, quæ cum eo venerant de Galilæa, sedentes contra sepulchrum spectabant ubi poneretur et viderunt monumentum et quemadmodum positum erat corpus Jesu, reversæ verò paraverunt aromata et unguenta, ac Sabbatho quidem quieverunt secundum præceptum.

Exegesis hujus Historiæ.

Quando Esa. 11. v. 10. prædicatur, *requiem Messie fore gloriam* sive gloriosam, id non solum de miraculis mortem Christi insecutus & divinam ipsius majestatem demonstrantibus, sed etiam de ipsa sepultura Christi intelligendum est, siquidem illa triplici nomine gloriosa fuit, primò propter *curatores sepulture*, Josephum & Nicodemum, qui fuerunt viri honorati, divites, consulares &c. Judæi, qui erant adversus Christum crudelitate fervidi, vel in proximam vallem corpus Christi insepultum projecissent, vel in monte Calvaria ignominiosè illud humo leviter injectâ occultâssent, sic hätten ihn schmachlich verscharrt / ibi verò Deus excitat viros pios ac honoratos, qui de honesta sepultura illi prospiciant. Deinde propter *sepulture modum*, involutum enim fuit corpus Christi sindone mundâ, ac myrrhâ atque alo-

inunctum, per quæ denotatur suavis odor vitæ ex Christi morte & sepulchro ad nos promanans. Deniq; propter *sepulchri qualitates*, fuit enim sepulchrum illud, in quod Christi corpus fuit repositum, novum, ex petra excisum, in horto paratum, a lapide eidem impositus fuit, quæ omnia mysticam habent significationem & inserviunt gloriæ Christi resurgentis, sicut in sequentibus uberius ostendetur. Facit etiam illud ad sepulture Christi gloriam, quòd in ipsa Paschatos Parasceve sepultus fuit, quòd Angeli circa illud frequentes apparuerunt & excubias veluti in eo egerunt, quodque corpus Christi ab omni corruptionis labe in eo mansit liberum. Cæterum ut Historiam passionis ac mortis, ita quoque Historiam sepulture Christi exacte cum omnibus circumstantiis Evangelistæ describere voluerunt, cum non solum passio & mors, sed

sed etiam sepultura Christi multis salutaris & frugifera nobis existat, ut proinde necessarium fuerit in fide hujus articuli nos confirmari. Expendum igitur hujus Historiæ circumstantias.

1. Sepulturæ tempus. *Cum jam venisset vespem, quoniam erat Parasceve, quæ præcedit Sabbathum, venit Joseph Sc. Christus in cruce mortuus est die Parasceves, h. e. feriâ sextâ, quam nos vocamus diem Veneris, quæ dicitur Dies parasceves, quia in ea præparabantur, quæ necessaria erant ad Sabbathum & ad festum Paschatos ritè peragendum, quod in Sabbathum proximè sequens, non quidem juxta legis divinæ computationem, sed juxta majorum traditiones incidebat. Marcus vocat Παρασκευαν, q. d. Antesabbathum, Προσάββατον, dies proximè præcedens Sabbathum, quia & Sabbathum & festum Paschatos in sequentem diem concurrebant. Eodem ergo die, quo Christus in cruce mortuus fuerat, sepeliri voluit, ut Sabbatho in sepulchro quiesceret, & die post Sabbathum proximo è mortuis resurgens prædictiones de triduo moræ in sepulchro completeret. Judæi ordinem creationis ac constitutionem legis divinæ Levit. 23. v. 32. fecuti à vespera sive Solis occasu diem inchoant, antequam igitur Sabbathum illucesceret, ut Lucas loquitur, hoc est, antequam post Solis occasum feria Sabbathi inciperet, Christus sepeliri voluit tribus scilicet fermè horis vel duabus ante Sabbathi exordium, proinde quod Evangelistæ dicunt Christum esse sepultum ὀψίας ἡμερας scilicet ὀψίας, id non est accipiendum de sera vespera post Solis occasum, sicut vox ὀψίας accipitur Jud. 13. v. 1. Joh. 20. v. 19. hac enim ratione sepultura Christi in ipso Sabbathum incidere, sed de incipiente vespera, quando est πῶς ἑσπέρας, ut loquuntur discipuli euntes in Emaus Luc. 24. v. 29. Hæc ambiguitas vocabuli ὀψίας declarari potest ex præcepto divino de maclatione agni Paschalis inter duas vespères Ex. 12. v. 6. & ex Historia Matth. 14. v. 15. ubi discipuli ad Christum accessisse dicuntur ὀψίας ἡμερας & v. 23. subjungitur Christum fuisse solum ὀψίας ἡμερας, quæ non possunt aliter conciliari, quam ut dicatur ὀψίαν priori loco denotare tempus ante Solis occasum ab hora scilicet nona usque ad duodecimam, in qua significatione h. l. usurpatur, posteriori verò loco tempus post Solis occasum, quod usque ad secundam noctis vigiliam sese extendit, in qua significatione usurpatur in locis antea citatis, sicut ad verbum ὀψίε Marc. 13. v. 35. notat totum illud tempus, quod inter Solis occasum ac mediam noctem intercedit. Particula igitur ἐν hoc loco causalis est, Evangelistæ enim exponit causam, cur Joseph Arimathæus tantoperè festinaret ad sepulturam Christi, qui ante horam primum erat mortuus, quia sc. dies jam inclinabat ad vespèram & proximè instabat Sabbathum, in quo non licuisset sepulturæ operam suscipere, sed rejicienda ea fuisset in diem tertium, quod nec demortuo honestum, nec cognatis gratum videbatur, quinimò suberat periculum, ne Judæi, quæ erant crudelitate, in demortui corpus ulterius sævirent. Syrus simpliciter vertit. *Cum esset serum parasceves, quod est ante Sabbathum. Quemadmodum igitur ipso die Parasceves sive passionis ante Solis occasum Christus sepultus est: sic verè pii corporis Christi myfici membra maturè quandoque ex parasceve hujus vitæ.**

Harm. Tom. III. vel Gerhard. Cont. pars quarta.

quæ est dies passionis, per mortem liberantur, ut in cubilibus sepulchrorum suorum Sabbathum agant ac virtute resurrectionis Christi ad vitam olim resurgant. Of. 6. v. 2. *vivificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos & vivemus in conspectu ejus.*

2. Sepulturæ curatores ac sepelientium numerus. Discipuli præ metu fugerant, per illos igitur sepulturæ honor non fuisset Christo exhibitus. Adde quod singulari Dei providentiâ factum fuerit, quod Christus per alios potius quam per Apostolos est sepultus. Si enim Apostoli eum sepeliissent, Sacerdotes ac Pharisei dixissent non sepultum, quem ex sepulchro mentiuntur furtim sublatum. Maria Domini mater præ nimia ægritudine sepeliendi officium exequi non poterat, mulierculæ reliquæ ex Galilæa Christum secutæ præ Judæorum furore id suscipere non audebant. Judæi vel in proximam vallem unâ cum cadaveribus latronum corpus Christi in sepulchrum projecissent, vel in exiguam scrobem ignominiosè abscondissent, usitatum enim erat apud Judæos, ut facinorosi vel in sepulchro abjicerentur, vel in ipso Calvaria monte sepelirentur, non tamen in sepulchra profundè effossa, sed in scrobem superficiali operâ paratam, unde postea Calvaria & ossa hinc inde disjecta jacebant. Ne igitur post mortem hæc ignominia Christo irrogaretur, excitavit Deus viros honoratos & autoritate conspicuos, qui de honesta sepultura ipsi prospicerent. Unus eorum vocatur Joseph, qui describitur ἰ. ἀ πατρίᾳ, quod fuerit oriundus ab Arimathia, subintelligendum enim ὄν vel γενέσθης vel simile quiddam, sicut hæc phrasis usurpatur Joh. 1. v. 45. ἰ. ὁ φιλίππος ὁ ἀπὸ βηθσαϊδά & Joh. 12. v. 21. πῶς ἡλθον φιλίππος τῷ ἀπὸ βηθσαϊδά. Idipsum notat articulus ὁ quem Marcus addit ἰ. ὁ ἀπὸ ἀριμαθῆας, ne quis paret præpositionem regi à verbo ἦλθεν, quasi tum demum ab Arimathæa festi causâ Hierosolymam venerit, id enim non conveniret cum eo, quod vocatur Senator Hierosolymitanus, ex quo colligitur, quod Hierosolymis fixum habuerit domicilium. Vocatur autem Arimathæa civitas Judæorum, quia pertinuit ad regionem Canaan populo Israelitico à Josua distributam, Syrus vocat civitatem Judææ, ubi nomen Judææ strictè accipitur prout distincta erat à Galilæa & Samaria, sed ad quam tribum pertinuerit, quoque loco sita fuerit, dubitatur. Hieron. lib. de locis Hebraicis in voce Armatba existimat, hanc civitatem esse eam, quæ vocatur Hebr. Ramathaim, à LXX. Interpp. Armatba, patriam Prophete Samuelis 1. Sam. 1. v. 1. in montem Ephraim quatuor milliaribus Hierosolymâ dist. antem, hodiè appellatur Ramala, sitam in regione Tamnitica juxta urbem Lyddam, postea Diospolim dictam. Idem in Epitaph. Paula scribit, quod Paula viderit Lyddam versam in Diospolim, Dorcadis atq. Ence resurrectione ac sanitate inclitam, haud procul ab ea Arimathiam, vinculum Joseph, qui Dominum sepelivit. Quidam, verò statuunt, Arimathæam fuisse civitatem Leviticam sitam in monte Sophim, confinem tribui Ephraim, ostendique ad lavam proficiscentibus Jerusalem è Joppe. Alii existimant fuisse civitatem in tribu Judæ, dictam aliàs Ruma Jos. 15. v. 52. Jud. 9. v. 41. Sed verisimilior est Hieronymi sententia propter cognitionem vocum. Primum hujus urbis nomen videtur fuisse Rama, hoc est, excelsa, quia fuit in monte sita, illud postea

auctum fuit, ut Syriaco idiotismo diceretur *Ramatha* atque augmento addito ac terminatione Græca *ἀρμαθαία*. Dicitur autem *Ramatbaim*, quod essent duo oppida & unum alterum respiceret. Et alterum quidem differentia causa dicitur *רמת ציפתי* *Ramat speculatorem*, in qua habitabant Propheta & Studiosi sacrarum literarum, in horum disciplina procul dubio fuit Josephus, unde doctrinam de Messia ex fontibus Scripturæ Mosaicæ ac Propheticae felicius hauriens Christo per miracula se Messiam esse demonstranti nomen dedit. Quia urbs Ramata fuit patria Samuelis, ideo dubio procul scholam eruditam ibi instruxit, quod confirmat etiam appellatio modò adducta, cujus Scholæ reliquæ illo tempore adhuc superfluerant. Sic ergò commendatur studium sacrarum literarum, sive Theologiæ ut hodiè vocant, etiam in illis, qui politica prudentiæ operam postea sunt daturi, & exemplo hoc ostenditur, quam largè talibus personis illud studium Deus remunerari velit.

2. *A fortunis*, quòd fuerit *dives*. Habuit hortum proprium, in quo sepulchrum sibi excidi curaverat ac sindonem ad sepulturam alienam emit, ut ex seqq. intelligitur. Hieronymus monet divitias Josephi commemorari, non quasi ipse à divitiis, vel Jesus à divite discipulo commendetur, sed ut ostendatur causa, propter quam accessus ad Pilatum illi patuerit. Plerique Christi sectatores erant pauperes, contemti & ignobiles, illis non patuisset ad Præsidem accessus, excitavit ergò Deus hunc Josephum, qui propter divitias Pilato Præsidi fuit notus & gratus, sicut aliàs solent Magistratibus esse noti & grati, qui divitiis, honoribus & autoritate sunt conspicui. Facit etiam hoc ad fidem hujus Josephi exaggerandam. Nihil difficilius est divitibus, quàm vulgi contemptum subire, jam verò sordida & abjecta fuit opera, crucifixi corpus è manu militum carnificam suscipere, idemq; tumulo inferre. Solent etiam divites fortunis suis valdè timere, jam verò propter confessionem Christi metuenda ipsi erat à Collegis bonorum confiscatio, sed hæc obstacula omnia fide vincit Josephus, non dubitans sese non solum fautorem, sed & pollinctorem demortui Jesu publicè profiteri. Ostendit igitur hæc circumstantia. 1. divitias per se nec fidei adversari nec à Christo separare. *Matt. 19. v. 23. Marc. 10. v. 25. Luc. 18. v. 25. οὐ δύναται ἄλλοτις* difficulter dicuntur *ingressuri in regnum cælorum* atque alibi etiam malè audiunt *Luc. 6. v. 24. c. 12. v. 16. c. 16. v. 19. 1. Tim. 6. v. 17. & c.* Id verò non ipsis divitiis, sed earum abusu tribuendum est, cum hic dives ad sepulturæ officium Christo exhibendum fuerit divinitus electus. 2. Potest etiam sensu mystico dici, quod per divitias Josephi Christum sepelientis denotetur, Christum suâ passione morte, ac sepulturâ nos ditasse *2. Cor. 8. v. 9.* unde *Esa. 53. v. 9.* de ipso dicitur, quòd *sepeliendus sit ut dives*, de cujus vaticiniis sensu postea latius agemus. 3. Hieron. in *Matth. Quòd Scriptura meminit, Tobiam & Joseph, qui viri divites erant, in sepeliendis mortuis se occupasse, eo obligat divites, ut misericordiae opera exerceant, peregrinos hospitio suscipiant & mortuos sepeliant.* O beatos divites, qui de suis bonis Christo in membris suis inserviunt, atq; id operam dant, ut in Deo & in operibus bonis divites sint. *Luc. 12. v. 21. 1. Tim. 6. v. 18.*

4. Ambros. lib. 10. in *Luc. de Josephi divitiis sic al-*

ἀνομιλῆς, Merito dives hoc loco dicitur, ubi corpus suscipit Christi. Suscipiendo enim divitem nescivit fidei pauperatem. Dives est qui justus est.

3. Exprimatur ipsius nomen, quòd dictus fuerit Joseph à *ἁσὶ* addidit, adjecti *Genes. 30. v. 24.* Ipsa igitur appellatio admonet nostyp *Genes. 50. v. 2.* Quemadmodum enim Patriarcha Jacobus, postquam pedes suos superlectulum colligens obiisset, à Josepho, filio, honestà sepulturâ fuit affectus corpore ipsius aromatis prius condito: sic postquam Christus cœlestis Jacob in fernalis serpentis supplantator (Jacobi enim nomen supplantatorem significat *Gen. 27. v. 36.*) in lectulo crucis placidâ morte obdormivisset, unus ex spiritualibus ipsius filiis Josephus Arimathænsis corpus ejus unguentis ac aromatis conditum honorificè sepulchro inferre debuit. Veteres observant, hunc sepulturæ curatorem fuisse *ἀρμαθαιον* illi, cui Christus curam matris suæ commendare voluit. Et nativitatibus & sepulturæ, h. e. duorum extremorum Naturæ suæ humanæ curam commendavit Christus duobus viris vocatis Joseph, unus reponit Christum infantem in præsepio, alter collocat demortuum in sepulchro.

4. Describitur hic Joseph à *vite statu*, quòd fuerit *βουλευτής Senator*. Syrus retinuit appellationem Græcam *βουλιση* quem Hebræi aliàs vocant *עצתי* *Consiliarium*. Latinus Interpes vertit *Decurio* quod h. l. non est nomen officii militaris, sed dignitatis Senatoriæ in civitate. Qui enim Romæ dicebatur *senator*, in municipiis appellabatur *Decurio*. Frivolum est, quòd Lyra putat, Josephum hunc dictum esse *Decurionem*, quia fuerit *de Curia Præsidis vel Imperatoris*, sicut nec illud probari à nobis potest, quòd Casaubonus in notis existimat, Josephum Arimathææ *Decurionem* fuisse argumento eo, quòd *Curiales & Decuriones Græcis dicuntur βουλευται* l. 10. ff. de pollicitat. Cum enim de eo paulo post subiciatur, quòd *non consenserit consilio & facto Collegarum suorum in Christi necem conspirantium*, ex eo intelligitur, quòd fuerit Senator Hierosolymitanus, unus sc. ex Senioribus populi sive Senatoribus in Synedrium cooptatis, quos unâ cum Sacerdotibus Scribis & Phariseis Christum morti condemnasse Evangelistæ referunt *Matt. 26. v. 3. Luc. 22. v. 52. & c.* Fuit ergò hic Josephus vir honoratis Senatoria dignitate illustri, id quòd honorem sepulturæ Christo exhibitæ ostendit. Miranda profectò est Dei providentia, quòd cum aliàs abjecti nebulones corpus Christi crucifixi indignis modis tractassent, eligit Deus eximia dignitatis virum, qui sepulchri honore crucis ignominiam tegere incipiat. Miranda quoque est fides & animi constantia in Josepho, quòd nihil quicquam reveritus collegarum odia, nec capitis diminutionem, sepeliendi officium subeat, idque exhibeat illi, quem pro se ductore pessimo habitum & infami crucis supplicio affectum noverat. Chrysof. homil. 89. in *Matth. Non ignobilis quisquam aut ignotus erat, sed ex consilio unius atque insignis, unde fortitudo ejus maxima admiranda est, cum propter amorem Jesu periculum mortis susceperit, & universorum odio se exposuerit.* Ut autem Christum ignominiosè in cruce mortuum per honestam sepulturam à viro honoratò ei exhibitam Deus honorare incipit: sic nostrâ quoque morte omnes injuriarum vires, omniaq; contumeliarum

liarum

liarum genera, quibus in hac vita afficimur, extinguantur & tunc gloria nostra in locum iterum erumpet.

5. *Pietate & honestate.* Pietatis est, quod discipulus Jesu fuisse dicitur *εὐαγγελιστὴς* & *discipulum se prebuerit Jesu*, auditorem & sectatorem ejus egerat, cum adhuc in vivis esset, sumitur enim h. l. *μαθητεύειν* absolute in significatione passiva, quo modo etiam usurpatur Matth. 13. v. 52. & apud Plutarchum in vita Isocratis *εὐαγγελιστὴς δ' ἑστὶν ἡρόδοτος* & οὗτος &c. alibi verò usurpatur transitive in significatione activa Matth. 28. v. 19. *μαθητεύσατε πάντας τὰ ἔθνη, docete omnes gentes*, discipulos ex gentibus mihi colligite. Quod Matthæus dicit *εὐαγγελιστὴς* id Johannes exponit *ὡς μαθητὴς*, quod plus est, quam si Josephus diceretur auditor Christi, multi enim ex turba promiscua erant auditores Christi, qui tamen non erant discipuli, hoc est, non recipiebant doctrinam ejus, Chrysostomus & Euthymius statuunt, hunc Josephum fuisse ex 72. discipulis ad prædicandum à Christo emissis. Sed verisimilius est, fuisse ipsam ex numero vulgarium discipulorum, sive credentium, cum Senatoria dignitas ipsi hoc loco tribuatur. Quare cum hic Josephus Christi docentis & miracula edentis discipulus fuerit, inde permotus fuit, ut sepultura honorem exhiberet illi, cujus doctrinam fuerat fide amplexus. Discipulus igitur Christum confiteri non solum quando divina edit miracula & ab omnibus honoratur, hoc est, in statu Ecclesiæ prospero & tranquillo, sed etiam quando in crucem actus est & opprobriis inimicorum oppressus hoc est, in persecutionibus & turbulento Ecclesiæ statu. Johannes addit hanc circumstantiam, quod fuerit *oculus Christi discipulus propter metum Judæorum*, h. e. summorum Sacerdotum, Pharisaorum ac Seniorum, Collegarum suorum, quippe à quibus aliquoties decretum noverat, ut extra synagogam ejicerentur, qui Christum vellent confiteri Joh. 9. vers. 22. Rectè autem monet Augustinus l. 3. de cont. Evang. cap. 22. occultum illum Josephi discipulatum accipiendum esse de tempore hanc Historiam antegresso, quia hoc loco non amplius occultavit suam de Christo sententiam, sed palam audiens Pilatum, corpus Jesu postulans & impetratâ prius facultate de cruce illud deponens manifestum sese Christi discipulum exhibuit. Quod ergo Evangelistæ titulo & honore discipuli dignantur Josephum etiam illo tempore, quo adhuc valde timidus erat, nec fidem suam publicè profiteri audebat, id ostendit *μακροθυμίαν* & bonitatem Dei erga infirmos in fide, quam paternè se infirmitati eorum ignoscat & nævos adherentes illis condonet. Quod apud Matthæum & Johannem hic Josephus dicitur fuisse Christi discipulus, pro eo Marcus & Lucas dicunt, quod expectaverit regnum Dei, hoc est, quod expectaverit Messiam ac liberationem per ipsum præstandam, itemque spirituale & cœleste regnum per ipsum inchoandum. Expectabant etiam ceteri Judæi regnum, aliquod à Messia inchoandum, sed terrenum ac mundanum, expectabant liberationem à Messia præstandam, sed corporalem & terrenam, nimirum quod à potestate & jugo Romanorum ipsos sit liberaturus sed hic Josephus nec terrenum regnum nec corporalem liberationem à Christo, quem pro Mes-

sia agnoverat, expectabat, aliàs omnem expectationem & fidem abjecisset Christo in cruce tam ignominiosè extincto, inde emphaticè dicunt Evangelistæ, quod *regnum Dei expectaverit*, hoc est, non nisi à Filio Dei inchoari ac stabiliri possit. Accipitur autem in Scripturis *regnum Dei* dupliciter, videlicet pro *regnogratie* & pro *regno glorie*. Utraque significatio huic loco congruit, ideò utraque conjungi potest. Josephus expectavit regnum Dei, hoc est, quod Filius Dei promissus Medias humanam genus suâ morte ex potestate & regno Satanae, in quod per peccatum incidit, liberaturus sit ac per prædicationem Evangelii Ecclesiam sibi collecturus, quam in hac vita, velut proprium suam regnum adversus omnes hostes defensusurus & tandem ad regnum glorie in vita aeterna translaturus sit. Hæc omnia complectitur appellatio regni Dei, sicut & Christus in principio ministerii sui omnia beneficia Messiae in N. T. hac appellatione complectitur dicens: *Agite penitentiam, appropinquavit enim regnum celorum* Matth. 4. v. 17. pro quo apud Marcum c. 1. v. 1. dicitur, *appropinquavit regnum Dei*. Quia ergo Evangelistæ pro æquipollentibus habent hæc duo, esse discipulum Christi & expectare regnum Dei, ex eo intelligitur, quæ sit verorum Christi discipulorum proprietas & quomodo fieri possimus Christi discipuli, nimirum si credamus, Christum esse spirituales ac cœlestem Regem, qui nos suo sanguine redemptos in regnum suum gratiæ transtulerit, ut in sanctitate & justitia in eo ipsi serviamus, donec in regnum glorie olim translati aeternis laudum præconiis ipsum celebremus, ad hoc autem requiritur vera penitentia, sicut Christus docet loco proxime citato: *Penitentiam agite, appropinquavit enim regnum Dei*, ac sincerum studium obœdientiae Christo Regi nostro præstandæ, si ut ex hac Josephi religiosa pietate morum ac vitæ honestatem effloruisse Evangelistæ memorent. Lucas dicit, quod fuerit *vir bonus & justus*, ac potest quidem *ἀγαθὸς* referri ad Deum, *δικαίος* verò ad homines, quod scilicet pius fuerit erga Deum & justus erga proximum, sicut sanctitas de obœdientia primæ tabulæ, & justitia de obœdientia primæ tabulæ, & justitia de obœdientia secundæ tabulæ accipiuntur Luc. 1. vers. 75. Sed quia fides ac religiosa pietas Josephi expressæ fuerunt hac phrasi, quod fuerit Christi discipulus & expectaverit regnum Dei, ideò commodius utrumque vocabulum accipitur de externa erga homines conversatione, quod fuerit *vir bonus*, hoc est beneficus & justus, nemini injuriam inferens, sed strenuus justitiæ cultor & benignus erga omnes, ita enim vox *ἀγαθὸς* usurpatur Matth. 20. v. 15. & res ipsa hoc loco ostendit, Josephum fuisse eo modo *ἀγαθὸν*, hoc est, benignum, beneficum & liberalem, quia tantos sumtus sepulturæ Christi impendit, ac *δικαίον* sive justum, quia pessimo consilio contra Christum assensum suum exhibere noluit. Marcus dicit, quod fuerit *εὐχρηστὸς*, *honestus* quando enim de persona hoc nomen accipitur, significat eum qui honestis & compositis moribus præditus est Act. 13. v. 50. & cap. 17. v. 12. usurpatur de honestis matronis sive honoratioribus foeminis. Roman. 13. vers. 13. & 1. Thess. 4. vers. 12. jubemur *εὐχρηστῶς*, *honestè*, decenter & compositis moribus ambulare.

Quidam accipiunt de statu honoris dictum, quòd fuerit *εὐχρημὸν βελδοῦης*, honoratus Senator, sicut & Syrus vertit *πρῖος* preciosus, honorabilis, autoritate gravis, sed quia Lucas illud vertit per *ἀγαθὸς καὶ δίκαιος*, ideo rectius accipi videtur de vitæ & morum honestate, quòd fuerit vir gravis ac modestus. Euthymius h.l. *Honestum quidem scripsit, utpotè gravem ac modestum quidem, Senatorem vero nempe unum Senatorum civitatis.* Hanc honestatem & justitiam suam demonstravit Joseph in eo, quòd non consensit consilio & factò suorum Collegarum, *ὅτι ἂν συγκαταπέμδω*, non fuerat suffragatus, non consenserat. In libris quibusdam veteribus est participium præsentis temporis *συγκαταπέμδω* non approbans assensu suo consilium, quo decreverant Christum interficere; nec *πεῖσι*, vitiofalla media, mendacia scilicet ac calumnias, quibus sanguinarium illud consilium dederant effectum. Intelligendus igitur relinquitur, quòd vel subdlexerit se à Concilio, in quo noverat contra Christum aliquid tractatum iri, vel in ipso Concilio gestibus ac verbis testatus fuerit, sibi illud, quòd agunt, minimè probari. Quamvis ergo propter numerum suffragiorum partis adversæ non posset innocentiam Christi tueri, verbis tamen atque ipso facto testatus est, iniquum & injustum ipsorum consilium sese improbare, ex quo apparet, quid honesto Senatori agendum sit, si in re injusta Collegarum suorum suffragiis vincatur. Si impedire nequit, quo minùs Christus impiè occidatur, testetur tamen sibi illud adversum esse quàm maximè, ac operam det, ut honestè sepeliatur. Potuisset Josephus, qua pollebat autoritate apud Præsidentem, & in populo seditionem concitare & hac ratione Christi liberationem querere, sed contentus est publico facto dissensum suum testari, cum nulla causa satis idonea sit, propter quam seditionem in populo excitare conveniat. Sic ergo duplici justitia ornatus fuit, alterà coram Deo per fidem in Christum alterà coram hominibus per vitæ ac morum honestatem; de illa testimonium fert expectatio regni spiritualis ac cœlestis per Messiam inchoandi, de hac vero dissenfus à sanguinario Collegarum consilio. Hæ duæ justitiæ, quamvis in quolibet verè pio ut causa & effectus sint conjunctæ, accuratè tamen discernendæ sunt, ne justitia coram Deo valens in qualicumque externo bonorum operum studio & honesta vitæ conversatione consistere iudicetur, sed unicè in Christo per fidem queratur. Hic ergo Joseph *πλησίστις, sumta audaciâ ingressus est ad Pilatum & petiit, ut tolleretur corpus JESU. ἢ τὸ λῆμα ἀυδacia* plerumque in malam partem accipitur & in vitio ponitur, sicut apud Thucididem libr. 3. dicitur: *τὸ λῆμα ἰδοὺ ἀλόγιστον ἀνδραγὰν Φιλαιῆτος ἐνομιᾶθη*, interdum tamen in bonam partem accepta pro animi præsentia & confidentia nullis periculis territa usurpator Rom. 5. vers. 7. Philipp. 1. vers. 14. ita quoque accipitur hoc loco sensu eo, quòd Josephus nullâ habitâ periculorum ratione quæ tum à Pilato Præsidente, tum à Sacerdotibus, Scribis, Phariseis & Senioribus Collegis suis, tum denique à populo imminere poterant, corpus JESU sepeliendum sibi dari petierit & hac ratione Pilatum injustitiæ,

Synedrion crudelitatis ac populum immanis pervicaciæ accusavit. Apparet igitur in hoc Josephi factò Natura veræ fidei, quòd hominem reddat confidentem ut ab omnibus sensibilibus, divitiis scilicet honore, potentiâ &c. abstrahat. Quid agis Joseph? cujus corpus concedi petis? ejus scilicet quem magnum Synedrion hereseos, blasphemæ & seditionis accusaverat, quem crucifigendum populus magnis clamoribus postulaverat, quem Pilatus morti crudelissimæ adjudicaverat; quid, an non, meruis à Pilato bonorum confiscationem, à Synedrion honoris diminutionem, à populo etiam vitæ ac capitis periculum? Sed caritas Christi & interior impulsus Spiritus sancti urgent te, ut contempto omnium periculorum metu corpus Jesu petas atque eo ipso etiam post mortem ipsius discipulum te profitearis. Syrus habet *πῶς αὐτὸς αὐτὸν πῶς Spiritus*, quando scilicet magno spiritu atque animo quippiam agendum suscipitur. Nullum opus arduum sine animi confidentia peragi potest, tot enim occurrunt obstacula & impedimenta, ut Spiritus robore atque animi præsentia in illo peragendo opus sit. Verisimile tamen est, quòd hæc Josephi audacia non tam periculo à Præsidente, quàm à Collegis expectando opponatur, quia Præses Judæorum clamoribus coactus Christum, quem innocentem noverat, cruci adjudicaverat, sed Sacerdotes, Pharisei, Scribæ & Seniores ex mera invidia & destituta animi malitia ipsum condemnaverant. Sic ergo verè piis quandoque plus periculi à falsis fratribus & invidis Collegis, quàm à manifestis hostibus impendere solet. Gregor. Turon. lib. 1. cap. 21. de hoc Josepho refert, quòd à Sacerdotibus in carcerem propterea fuerit conclusus, sed mirabiliter liberatus. *Apprehensus (inquit) Joseph in cellam includitur & ab ipsis Sacerdotum Principibus custoditur, sed resurgente Domino nocte parietes de cella, in qua Joseph tenebatur, suspenduntur in sublimi, ipse verò de custodia Angelo absolvente liberatus, parietibus in locum suum restituit.* Sed hæc non nituntur Canonicâ aliquâ Scripturæ autoritate. Ex eo quòd Josephus prætorium Pilati ingressus dicitur, manifeste colligitur, quòd vanitatem superstitionum ac traditionum Judaicarum agnoverit. Judæi enim verebantur prætorium ingredi, *ne contaminarentur, sed ut Pascha celebrare possent* Johann. 18. vers. 28. sed Josephus superstitionem illam præposteram pedibus quasi conculcans prætorium ingreditur, accensa enim in corde veræ fidei luce, traditionum ac superstitionum nebulæ evanescent. Ideò autem à Pilato Præsidente corpus Jesu petiit Josephus, quia corpora damnatorum etiam post latam in eos mortis sententiam executioni data sunt in potestate Judicum, absque quorum consensu nemini licet è cruce vel patibulo ea tollere & sepultura tradere, ne ipso facto judicis sententia adversus eos promulgata injustitiæ accusari videatur. Id colligunt *Act. ex l. Capitalium 28. §. Famosos 15. ubi Callistratus dicit: Famosos latrones in his locis, ubi gressari sunt, furcâ figendos quampluribus placuit, ut & conspectu deterreantur alii ab iisdem facinoribus & solatio sit cognatis & affinibus interemtorum eodem loco pena reddita, in quo latrones homicidia fecissent.* Manifestior est l. Corpora, 1. ff. de cadav. punitorum: *Hodiè eorum, in quos*

in quos animadvertitur, corpora non aliter sepeliuntur, quam si fuerit petendum & permittum. Verbum *ἔδοθη* Erasmus vertit, *posulavit*, sicut & Syrus per *דָּוָה* quia non solum cognatis sed etiam quibuslibet petentibus corpora damnatorum ad sepulturam dari iubentur, dicta l. Corpora r. & 3. ff. de cadaveribus punit. & l. Græca q. C. de hæret. *quælibet nocentibus non denegari jus sepulturae humanæ & sanctum esse dicit*, inde etiam Cicero in Verrem probri loco Verri objicit, quod sepulturam punitorem denegare aut dividere fuerit solitus. 2id. Covarruv. variar. resolut. lib. 2. cap. 1. num. 11 Vvesenbeccius in paratit. l. lib. 48. ff. tit. 24. Potuit ergo Josephus jus humanitatis allegare, præsertim verò Christi innocentiam ipsimet Præsidi notam, ac publico ejusdem testimonio comprobata; quia verò postea usurparat verbum *ἔδοθη*, quod Pilatus ex gratia concesserit Josepho corpus Jesu, inde intelligitur, quod in arbitrio iudicis relictum fuerit, censerent enim corpora damnatorum exempli ergo in furca relinquenda, an verò ad preces amicorum sepultura tradenda? Magnam quid petis o Josepho, illud enim corpus petis, quod est proprium Deitatis templum, quod est *ἀσώτων* viventis habitaculum, quod est divinum miraculorum organum. Tale quid petis, quo nullum erat præstantius in cælo ac terra donum. Discamus igitur & nos corpus Christi fide petere, hoc est, communicationem beneficiorum, quæ Christus corpore suo in mortem crucis pro nobis tradit promeruit. Marcus notat, *Pilatum fuisse admiratum, si Christus jam esset mortuus*. Solebant enim crucifixi lentâ morte confici, & per aliquot dies in cruce supersites vivere, ut notavimus superius. Vix ante trihorium eductus erat Christus ad crucis supplicium, censuit igitur Præses, hominem in perfecta ætate constitutum diutius in cruce victurum, fortè etiam iudicavit seipsum à morte præservaturam, qui alios mortuos ad vitam suscitaverat. Sed ignorat Pilatus mortis Dominicæ & redemptionis nostræ mysterium, quod scilicet Christus haudquaquam mortuus sit Judæorum violentiâ coactus, sed Spiritum spontè emisserit, quando libuit, quodque non à cruce descendendo, sed mortem sustinendo & se & nos omnes à morte liberare voluerit. Accersito igitur ad se Centurione interrogavit illum, *an jam dudum mortuus fuisset, & re cognitâ ex Centurione iuravit dari Josepho Christi corpus*. Prudentiæ est, quod non annuit Josephi precibus, nisi exploratâ prius rei veritate à Centurione, qui cruci astiterat atque omnia exactè observaverat, illum igitur vel ex monte Golgathæo, vel, quod verisimilius, ex vicina arce Antonia accersiri curat, eundemque interrogat, an & quampridem Christus esset mortuus? ne scilicet fraudis quippiam subesset & prætextu sepulturae liberatio à cruce & morte quæreretur. Cum autem cognovisset mortis veritatem, concecit Josepho CHRISTI corpus. Marcus habet verbum *ἔδοθη* quod magni muneris loco illud Josepho donaverit, ubi proponitur mysterium, quod optimum & preciosissimum *δῶρον* sit Christi corpus, quippe in quo tota plenitudo Deitatis habitat corporaliter Coloss. 2. vers. 9. Sed hoc mysterium Pilatus non in-

tellexit, ideò tam liberalis fuit in donando Christi corpore, antea tradiderat illud voluntati Judæorum, ut omnem in eo crudelitatem pro libitu exerceret, nunc donat illud Josepho, ut quocumque velit loco illud sepeliat, ita nimirum corpus Christi & membra corporis ejus mystici ab hominibus hujus seculi vilissimi æstimantur, putant enim sibi licere de illis, quodcumque lubet, agere ac statuerere. Matthæus habet verbum *ἔδοθη*, *jussit reddi corpus*, quia jam antè Pilatus id tradiderat Judæis ac militibus Judaicæ crudelitatis ministris, jam verò donationem illam quasi revocat & Josepho honestè illud sepeliendum donat. Syrus tamen simpliciter vertit, *jussit ut daretur ei corpus*. Theophylactus suspicatur, Pilatum acceptâ prius pecunia à Josepho corpus Jesu illi concessisse. *Cum Josephus esset dives* (inquit) *verisimile est, quod Pilato aurum dederit*, Sed improbabile videtur, Pilatum, cujus prudentiam & virtutes politicas superius vidimus, turpem illum quæstum, probri loco à Tullio Verri objectum, in dividendo Christi corpore facere voluisse, ac verbum *ἔδοθη*, apud Marcum suspicioni illi adversatur. Perspecta ipsi erat Christi innocentia, viderat miracula post mortem ejus edita, à Centurione ad se accersito intellexerat omnia, quæ in cruce à Christo dicta atque post mortem ejus evenerant, ab eodem Centurione honestum testimonium demortuo dari audierat, qui corpus Christi sibi dari petebat, erat vir honoratus ac dives, quod petebat Romanis legibus erat congruum, quin & sine sumtu concedi poterat, inde Pilatus tam obvium ac promptum in eo concedendo sese præstat. Forte etiam Pilati uxor, quæ de Christo honorifice statuebat, maritum ut consentiret, persuasionibus suis induxit. Augustinus sermon. 132. de temp. *Judex eundem animum servat mortuo, quem impendit aucto. Nam quem coactus dederat pene, libens tradit sepulturae*. Quocumque verò in medio; sive precibus, sive precio; corpus Jesu à Pilato Josephus impetraverit, magno haud injuriâ munere se affectum existimavit, *venit ergo, & tulit corpus Jesu, de cruce scilicet*. Lutherus in Germanica versione hæc verba omisit, vel potius incuria Typothetarum sunt omissa, sed quia in textu Græco Johannis habentur, sunt hoc loco restituenda. Quidam existimant, Josephum aliorum operâ in corpore Christi à cruce deponendo ac sepeliendo usum fuisse, cum quilibet per se fecisse rectè dicatur, quod per alium facit, ut habet Jctorum brocardicum, cumque Nicodemus postea dicatur *attulisse centum libras argenti*, in quo pondere portando ab aliis procul dubio adjutus fuit. Sed nulla necessitas nos cogit, ut à simplicitate literæ discedamus Luca 23. vers. 53. *καθελών αὐτὸ* Johann. 19. vers. 38. *ἦρε τὸ σῶμα τὸ 1938*. Sic ergo virum Senatoriæ dignitatis non puduit corpus Christi ex infamili ligno deponere, quod vel tangere duntaxat plerique omnes exhorruissent. Quomodo corpus illud à cruce deposuerit; otiose quæritur. Nonnus existimat, ipsum scalis admotis in patibulum ascendisse & solutis ex pedibus prius, deinde & manibus Christi clavorum uncinis humeris suis vel etiam linteis susceptum decenter illud demississe,

Potuit etiam aliâ ratione deponi, videlicet signo crucis ex caverna, cui insertum erat, extractâ & humi depositâ, id quod fuit facilius & in latronibus fortasse observatum. Quocumque verò modo deposuerit, certum est, aliorum operâ ipsum fuisse ad-
 jutum, quas ministerii partes Johannes juxta cruce-
 stans, & alii Christo adhuc faventes procul dubio susceperunt. Ergò nec nos pudeat mystici corporis Christi membris Josephi exemplo vilissima & contentissima ministeria præstare, cum Christus ipse discipulorum suorum pedes manibus suis ablens *exemplum nobis se dedisse asserat, ut & nos pedes invicem lavemus* Johann. 13. vers. 15. Quamdiu peccator in peccatis hæret, Christum in cruce extensum, quantum in se est, crucifigit, quia peccata nostra sunt crucifixionis Christi causâ, sed cum per pœnitentiam ad Christum convertitur, eundem de cruce quasi deponit ac in brachia sua recipit. Quemadmodum enim quis brachiis alterum complexus facere de eo potest quicquid velit, modò violenter illi non repugnet: sic peccator ad Christum per veram pœnitentiam conversus & brachiis fidei ac dilectionis eum complexus potest ab eo, quicquid velit obtinere, quia Christus voluntati ac desiderio hominis pœnitentis nequam reluctatur. Dicamus ergò cum Augustino in Manuali, *Inter brachia Christi Salvatoris mei & vivere & mori cupio*. Porro Josephus dicitur secum attulisse sindonem mundam, quam hoc fine mercatus fuerat, ut corpus Jesu illi involveret. De sindone diximus superius, quòd descendat ab Hebræo סריון *linteum*. Esse autem Sadin sive sindonem genus purissimi & subtilissimi lintei, colligitur ex epitheto addito καθαρά Jud. 14. vers. 12. Simson cum juvenibus pacificatur triginta sindonibus de ænigmatis solutione. Lutherus vertit *Sayer Kleider*. Proverb. 31. vers. 24. inter supellectilem mundi muliebris tela sindonis numeratur. Esaia 3. vers. 4. itidem inter ornamenta muliebria sindonem refertur, ex quibus locis colligitur, sindonem illam sepulchralem, quam Josephus euntam secum attulit, fuisse linteum mundissimum ac πολυτελέστατον. Syrus vertit apud Matthæum הוצא רכתנא נקרא *Sindonem linteam mundam*, מצא est à radice מצא circumcirca cinxit ex quo intelligitur, quòd totum Christi corpus hac sindone fuerit obvolutum. Sindones sepulchrales Rabbini dicuntur חרונני חמת involucre mortuorum à radice כרר involvit, velavit; ac fiebant ordinariè ex lino, R. Mos. Ægyptius; involucre linteæ erant alba, sericum involucrem prohibitum etiam Principi erat, qui tamen ut Rex sepeliebatur.

Atque hic est unus sepulchrita sive curator sepulturae Christi, alter est Nicodemus, quem Johannes sic describit, quòd venerit ad eum nocte primùm. Revocat igitur lectori in mentem Historiam capitis tertii, ubi de hoc Nicodemo dicitur, quòd fuerit ex secta Phariseorum ac Princeps Judeorum, Magister in Israel, vir primariæ omnino dignitatis, qui veritus Collegarum suorum odia, noctu ad Christum venerat & inter cætera concionis membra typum serpentis aenei

expositum audierat, vers. 14. Hoc concionis illius semen in corde ipsius quasi sepultum hætenus jacuerat, jam verò spectaculo Christi in cruce pendentis in corde ipsius suscitatur, ut præclarum confessionis fructum proferat. Cumque πρώτον primâ duntaxat vice noctu ad Christum venisse dicitur, inde colligi potest, quòd postea interdum etiam ad Christum venerit, eundemque confessus fuerit, siquidem Johan. 7. vers. 60. in publico Senatu dicit. *Nunquid lex nostra judicat hominem, nisi prius audierit ab ipso & cognoverit quid faciat?* unde etiam Galileus, hoc est, Christi Galilæi discipulus ibidem audire cogitur, proinde non est, quòd Nicodemi exemplo se tueri velint, qui confessionem veritatis subterfugunt & fidem in corde reconditam sese habere interim gloriantur. Dicitur autem Nicodemus secum attulisse mixturam myrrhæ & aloes ad libras sexcentum, ut aromaticis illis unguentis corpus Christi condiret, qua de re in sequenti membro latius dicitur. Josephus non attulerat aromata ac unguenta, sed sindonem duntaxat & reliqua obvia propterea quòd tempore exclusus non potuerit ea parare, divinâ igitur providentiâ factum est, ut Nicodemus præter opinionem illi sese adjungeret socium, & unguenta aromatica afferret, quibus corpus Christi more apud Judæos recepto involveretur. Apparet autem ex hoc membro Historiæ de curatoribus sepulturae. 1. mirabilis Dei benignitas, quòd incorruptissimò etiam Ecclesiæ statu Ecclesiam sibi colligat & semen sanctum servet. Christus ab illis, qui tutelam Ecclesiæ sibi arrogabant, in crucem erat actus, discipuli fugâ erant dilapsi, Petrus publicè eum abnegaverat, Judas factus erat apostata, sicque modis omnibus miserabilis erat Ecclesiæ Christi facies, interim superesse adhuc quosdam fideles Christi discipulos manifestè hoc loco conspicitur. Tempore Eliæ cum omnia essent idolis & idololatris plena, reservabat sibi Deus septem millia, quæ non curvaverant genua sua coram Baal 1 Reg. 19. vers. 18. Roman. 11. vers. 4. quod opponendum est Jesuitis quærentibus, ubi ante Lutherum fuerit Ecclesia? 2. Expendenda etiam hoc loco singularis divinæ virtutis in credentibus operantis efficacia. Qui antea fuerant manifesti Christi discipuli, tempore passionis fugiunt ac deficiunt, sed Josephus ac Nicodemus, qui ab initio fuerunt occulti Christi discipuli, illi jam fiunt publici confessores Christi, quod manifestum est argumentum, initium, augmentum & perseverantiam fidei non esse opus naturalium virium, arbitriique humani, sed donum divinæ gratiæ & ἐνεργουα divinæ efficaciam. Ephes. 4. vers. 7. Philip. 1. vers. 29. *Cumque virtus Domini in infirmitate perficiatur* 2. Corinth. 12. vers. 9. *ac potens sit Deus infirmos in fide σησαι erigere ac stabilire* Roman. 12. vers. 4. ideo infirmos fratres non abiciamus. 3. Evidens quoque proponitur hic documentum, quòd Deus ex omni hominum genere Ecclesiam sibi colligat. Josephus erat dives, Nicodemus eruditus; jam verò divites & sapientes hujus seculi alias in Scripturis malè audiunt Matth. 19. vers. 23. 1. Corinth. 1. vers. 20. & 26. &c. interim si divites non sint ἀψηλοφρονέντες, nec spem collocent

in incertis divitiis, sed in Deo vivo ac in bonis operibus divites fieri studeant 1. Timoth. 6. vers. 17. & 18. si Christum sequantur & in Christi membra benefici sint Josephi hujus exemplo; si sapientes intellectum suum captivum ducant sub fidei obsequium, utrisque pater salutis aeternae janua. 4. Nec illud praetermittendum, quod cum Christus quosdam ex Pharisaïs & Senioribus faventes habuerit, illorum tamen opera ac intercessione uti noluerit, ut mortem effugeret, sed tantum ut honestè sepeliretur, hoc enim fine in mundum venerat, ut mortem moriendo destrueret, ac vitam & ἀφθαρσίαν in lucem iterum produceret 2. Timoth. 1. vers. 10. 5. Denique impletur hoc loco vaticinium Psalm. 22. v. 30. adorabunt eum pingues terrae hoc est, quosdam ex divitibus & potentibus hujus seculi vocabit Deus ad agnitionem & regnum Christi in cruce mortui, & Johann. 12. vers. 33. Ego si exaltatus fuero à terra, omnes traham ad meipsum. Ex Christo in cruce mortuo tam suavis, vitæ odor exhalat, ac in Josephi & Nicodemi animos tam potenter illabitur, ut velut spirituales aquilæ ad illum congregentur & posthabitâ ignominia, odiorum & periculorum ratione unice illi adhaerent, imò omnia sua bona, honorem omnem, vitam etiam ipsam in discrimen adduci patiuntur, ut Christo in-ferviant.

III. Sepulturae modus. Acceperunt ergo corpus Jesu, & obtinuerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Judæis sepelire. R. Moïse filius Maimon voluimine secundo operis, cujus titulus est Maimoni in tractat. de luctu cap. 4. morem sepeliendi apud Judæos receptum sic describit: Mos est in Israël circa mortuos & eorum sepulturam, ut cum quis mortuus est, ejus oculos ocludant, & sios habuerit apertum, claudatur, fasciâ maxillis circumligatâ, ne iterum aperiatur. Obiuratur etiam locus, per quem excrementa ejiciuntur, sed hoc postquam corpus fuerit lotum. Unguentis deinde ex diversis aromatibus generibus confectis ungitur, & deconso capite convolvitur corpus albis vestibus linteis ad hoc ipsum paratis & que non sint magni precii, ut possit aequalitas servari inter divites & pauperes. Tegitur quoque facies mortui, priusquam imponatur pheretro, sudariolo, ejus precium non excedat quartam partem sicii: Pheretro deinde imposito humeris hominum gestatur usque ad sepulturam & ibi antequam corpus tradatur sepultura, quadam recitantur à majoribus ad hoc conscripta, quibus divina justitia commendatur & hominum peccata exaggerantur, quibus mortem commeriti sunt, ac oratur Deus, ut ita justitiam suam exerceat, ut se misericordem quoque esse oblivisci nollet. Postea cadaver simul cum pheretro, in quo supinum jacet, in fovea positum, tegitur. Denique ad lugentes itur, & quadam apud eos recitantur ad eos consolandum, quibus peractis abeunt quisque ad sua negotia, nec ullum discrimen apparet inter divites & pauperes, inter nobiles & ignobiles, nec in sepultura mortuorum, nec in consolatione viventium &c. Formulas precationum & benedictionum in sepultura Judæorum usitatas enarrat Chytraeus in libr. de vit. & mort. pag. 101. Ex his Ceremoniis sepulchralibus in prælca Ecclesia Israëlitica usitatis pleraque

à Christianis hodie observantur, nisi quod Regum, Principum ac Magnatum duntaxat, non autem plebeiorum corpora aromaticis unguentis honorantur, non quidem exterius illinendo & involvendo, ut apud Judæos usitatum fuit, sed ventre exenterato ea ingerendo, uti praxis testatur. Caterum morem condiendi aromatibus defunctorum corpora ab Ægyptis videntur Judæi accepisse, ut intelligitur ex Genes. 50. vers. 2. interim tamen modus condiendi apud Ægyptios & Judæos variat. Ægyptii enim ventre exenterato & cerebro per nares extracto intrinsecus corpora condiebant, quod Græcis dicitur *επιχρῆν* quasi dicatur, *sale condire & macerare*. Judæi vero unguenta & aromata extrinsecus corpori applicabant, ac deinde fasciis illud invollebant, ut ex Historia resuscitari Lazari, & ex hac ipsa sepulturae Dominicæ descriptione intelligitur, id quod vocatur *ἀλιφν* & *εὐφράζν*. Modus ergo sepeliendi à Josepho & Nicodemo adhibitus fuit iste: Primo ex loco publico transtulerunt corpus Christi in hortum vicinum, neque enim sub cruce in conspectu omnium illud abluere & ungere voluerunt: deinde sanguinem, quo cruentatum erat totum, abluerunt: mox aromatibus ad unguenti formam redactis illud obvolverunt. Quod si enim tota illa centum librarum massa à Nicodemo allata corpori Christi fuit impensa, totum profecto fuit eâ delibutum: postea truncum corporis sindoni mundæ involverunt *ἐντολίφν* enim & *εὐφράζν* est involvere, implicare. Syrus habet verbum *ܦܕܘܢܐ*. Johannes pro voce sindonis, quâ reliqui Evangelistæ utuntur, habet plurale *ὀθόνια*, quia non unum solum, sed pluribus linteis corpus Christi obvolutum: denique caput involverunt sudario, ut colligitur ex Johanne 20 vers. 7. ac pedes & manus colligârunt fasciis sepulchralibus, *κεφάλαιον*, ut ex Historia Lazari Johann. 11. vers. 44. verisimiliter colligitur. Aromata, quæ ad unguentum fuere usurpata, revocat Johannes ad duas species, ad myrrham scilicet atque aloem. Sed constat ex Rabbinis etiam alias species adhiberi solitas fuisse videlicet *cedromel, sal, ceram, bitumen & resinam*, proinde duæ illæ species utpote sumtuosiores & in hac mixturâ dominantes ab Evangelistâ exprimuntur. Myrrha lachryma, quæ aliâ dicitur, *stactæ* & aloë herba succo amarissimo præstant, unde putredine ac vermibus resistunt; quo sine in unguento illo corporum defunctorum magno pondere fuerunt adhibita. Chrysofomus. Non sepeliunt ut condemnatum, sed sumtuose tanquam magnum aliquem & admirabilem, quod enim Nicodemus tantum unguenti aromatici pondus affert, eo ipso suum erga Christum affectum demonstrat. Piscator existimat, corpus Christi aromatibus illis non fuisse unctum ac pollinctum, propterea quod per temporis brevitate illud expeditum dare non liceret & quia mulieres Galilææ unguendi officium postea exequi cupiunt. Sed hæc opinio manifestis verbis Evangelistæ contradicit, quod illi hominum generi perquam familiare est. Quare mulieres unguendi officium exhibere voluerint ei, quem jam antè aromaticis unguentis conditum noverant, suo loco explicabitur. Quamvis verò sumtuosa divitum funera Deo non probentur, tamen hæc Josephi ac Nicodemi liberalitas

litas ne utiquam improbanda est, sequuntur enim. 1. patriam consuetudinem, jam verò quod in externis & civilibus illis officiis more patrio fit, reprehensionem incurrere nequit. 2. Adde quòd hic sumtus fiat ex fide & dilectione, declarant enim hoc opere se omnes suas fortunas propter Christum in discrimen adduxisse, cum Pharisaorum excommunicationem & omnium bonorum directionem propter hoc opus expectare ipsos oportuerit. 3. Testantur etiam se honorificè de Christo sentire dum eo modo illum sepeliunt, quo honoratissimi & spectatissimi viri apud Judæos sepeliri consueverant, agnoscunt igitur non hoc solum, sed longè majora præmia & præstantiora officia Christum suâ doctrinâ, suisque miraculis promeruisse. Videtur aliqua infirmitas fidei subesse, quòd aromaticis unguentis à putredine præservare cupiunt eum, qui tertio die erat resurrecturus, & quem impossibile erat à morte captivum detineri Act. 2. vers. 24. Sed quia divino procul dubio instinctu hoc officium susceperunt, idèò rectius dicitur, quòd prædictionem de resurrectione Christi nec ignoraverint, cum & hostibus ea fuerit nota Matth. 27. vers. 36. nec falsitatis eam sepultura officio arguere voluerint, sed quòd fecerint pro re nata illud, quod pietas in præceptorem exigebat, cui mortuo sepultura honor & officium debetur à discipulis, interim modum complendi illius vaticinii in vera fidei humilitate Deo commiserunt, fortassis etiam, quomodo illud implendum sit, ignorarunt. Ut enim habet Irenæus libro 4. adv. hæres. cap. 43. *Omnis Prophecia, priusquam habeat efficaciam, ænigmata & ambiguitas sunt hominibus, cum autem venerit tempus, & evenit quod Prophecatum est, tunc Prophecia habent liquidam & certam expositionem.* 4. Adde quòd mystica & figurativa fuerit hoc corporis Christi unctio, sicut Augustinus lib. 3. de doctr. Christ. cap. 12. dicit, *quòd in divina vel prophetica persona externa illa sint magne cujusdam rei signa.* Psalm. 45. vers. 9. *myrrha, aloë & cinamomum omnia vestimenta tua.* Hunc Psalmum esse vaticinium de Christo integer contextus ostendit & clarè testatur Epistol. Hebr. cap. 1. vers. 8. potest igitur ad sepulturam & resurrectionem Christi hæc pars vaticinii applicari, quòd scilicet Christus in sepultura suâ myrrha, aloë, atque aliis aromatibus involutus ac veluti vestitus sit, inque resurrectione sua ex sepulchro in petram exciso gloriosius prodierit, quàm ex eburnea domo Rex quisquam decore conspicuus prodeat. Aromata etiam illa, quibus Christi corpus obvolvitur, denotant suavem ac vivificum odorem ex morte & sepultura Christi ad nos redundantem, sicut de hoc sepultura fructu latius postea dicitur. Mundæ sindoni corpus involvitur, quod ab omni peccatorum sorde erat alienum. Precioso linteo corpus obvelatur, quo nullum erat in cælo ac terra præciosius donum. *Puro* (inquit Origenes) *sindonem illam majorem accepisse munditiem, ex quo involutum ei fuit Christo corpus, quàm habuerat prius.* Condimenta illa à putrefactione corpora conservant; admonent igitur nos, ut vitam in Christo etiam sub morte quaeramus & ex hoc arefacto corpore fontem salutis expectemus.

Glossa ordinaria talem ex hoc loco textit allegoriam: *Ille corpus Jesu postulat, qui pro digna receptione Eucharistia Deum suppliciter orat: & sindonem mundam illud involvit, quando pura mente eum suscipit.* Fides est pura & preciosa illa sindonem, cui Christus cum omnibus suis beneficiis involvi expetit, quia fide purificantur corda Act. 15. vers. 9. ut in illis Christus sibi paret habitaculum Ephes. 3. vers. 17. huic sindoni conjuncta esse debent aromata, hoc est, fides exerenda & exercenda est per bona opera, quæ sunt odor fragrantia coram Deo Philip. 4. vers. 18. Cantic. 4. vers. 16. Thom. part. 3. quæst. 51. artic. 2. annotat per myrrham & aloem propter amaritudinem significari penitentiam, per quam fit ut Christum in nobis servemus incorruptum. Ambrosius libr. 10. in Lucam talem textit allegoriam: *Justus Christi corpus operit sindonem, innocens ungit unguento. Namque hæc non oratione distincta reperimus, quia justitia vestit Ecclesiam, innocentia gratiam subministrat &c.* Hilarius can. 33. in Matth. eodem serè modo: *In hoc eodem linteo (inquit) reperimus de cælo ad Petrum universorum animantium genera submissa. Ex quo forte non superflue intelligitur sub linteis hujus nomine conspeliari Christo Ecclesiam, quia tum in eo, ut in confusione Ecclesie mundorum atque immundorum animalium fuerit congesta diversitas. Denique ut Christus honorificè sepelitur, sic corpora piorum, qui sunt Christi membra, honestè debent tractari, cum fuerint organa Spiritus sancti, & in resurrectione instar graminis & mortui grani iterum sint enascituras.* Esaia 66. vers. 14. Johan. 12. vers. 24. & glorificato Christi corpori conformia reddenda Philip. 3. vers. 21. quæ de re videatur Augustinus in libro de cura pro mortuis, & libr. 1. de Civit. Dei cap. 13.

IV. Sepultura locus. *Erat autem in eo loco, ubi crucifixus est hortus, & in horto monumentum novum &c.* Loci nomen generaliter hic usurpatur pro tractu monti Golgathæ vicino, neque enim in ipso ignominioso & foetido illo monte, sed in vicino tractu hortum illum Josephi situm fuisse verisimile est. Cives Hierosolymitani viridaria: & hortos extra urbem habebant, quia intra urbis moenia propter copiam incolarum ac peregrinorum spacium cultura hortorum denegabatur. Talis hortus in vicinia illa Josepho fuit, situs ad partem urbis occidentem à loco crucis centum & octo pedum spacio distans, ut terræ sanctæ persecutores tradunt; alter ille hortus, in quo Christus pridie captivatus fuerat, ad Orientem erat situs. In horto illo Josephus monumentum sibi excidi curaverat, quia Judæorum sepulchra erant extra civitatem, quippe quæ non minùs quàm defunctorum corpora illis erant immunda, in hoc igitur Josephi monumentum in horto è lapide excisum Christus deponitur, quod non sine mysterio factum esse constat. Ut enim in horto sanguineum sudorem exudans passionis suæ initium facere voluit, ita quoque sepultura in horto extremum illius actum clausit, ut ostenderet, passione suâ reparari bona cælestia, quæ primi Parentes in horto & sibi & omnibus posteris amiserant. In horto sepeliri voluit, qui instar virgæ Aaronicæ die

die tertio iterum erat in resurrectione progerminaturus, quique sepulturâ & resurrectione suâ nobis hoc impetravit, ut corpora nostra *instar graminis* revirescentis ex terra iterum sint proditura *Esaï. 66. vers. 14.* Ubi rectius arbor illa vitâ, flos campi, virga ex radice *Jesû*, grinum frumenti mortuum, omnis viroris & vigoris autor, collocaretur quàm in horto? *Eares* (inquit *Cyrellus* in *Johan.*) significat recursum nobis ad *Paradisum* morte *Christi* esse præparatum. *Ambrosius* lib. 10. in *Lucam.* Posuerunt eum in horto, cui frequenter *Ecclesia* comparatur, quæ diversorum habet poma meritorum, floresque virtutum. *Simon de Cassia*: *Christus* orans & mortuus consistit in horto, ut ex oratione & morte sua invisibilis horti virtutum plantaria nobis oriantur, & ingredi mereamur (nobis detur) hortum supernarum deliciarum meliorem, quam qui custodiendus fuerat datus à Deo primis Parentibus. Cæterum ut sepulchra Judæorum extra urbem fuerunt, ita hodie quoque convenientius est cœmeteria extra urbis mœnia haberi: 1. ad prohibendum contagium, siquidem cadavera mortuorum præsertim pestis tempore aërem in urbe conclusum facillè inficere possunt. 2. ad significandum, quod per mortem ex consortio hujus vitæ in aliam civitatem ingrediamur. *Hebr. 13. vers. 14.* Non habemus hic civitatem manentem, sed futuram inquirimus. 3. ad præcavendas superstitiones vigiliarum, anniversary, aspersio per aquam lustralem, luminarium accendendorum &c. quæ circa mortuorum sepulchra in Papatu exercentur. Utque *Josephus* in ipso horto monumentum sibi excidi curavit vivus adhuc & vegetus, ita quotidianam mortis memoriam in animo nostro circumferamus, sicut de *Maximiliano II.* laudatissimo Imperatore refertur, quod aliquod ante obitum annis pheretrum sibi parari, & quocumque profectus fuit, secum vehi curaverat. Hortus deliciarum & voluptatum mandanarum nunquam excutiat nobis sepulchri memoriam &c. Horti admonent nos 1. peccati in Paradisiaco horto perpetrati, propter quod morti sumus obnoxii. 2. Passionis *Christi* in horto cœptæ ac finitæ, per quam peccatum expiatum & mors devicta. 3. fragilitatis nostræ, quod omnis caro fœnum, & gloria ejus quasi flos agri *Esaïæ 40. vers. 6.* *Eccles. 14. vers. 18.* *Jacobi 1. vers. 10.* *1. Petr. 1. vers. 24.* &c. *Palm. 103. vers. 15.* homo sicut fœnum, dies ejus tanquam flos agri. 4. resurrectionis nostræ ad vitam, quod ossa nostra olim germinatura sint sicut gramen *Esaïæ 66. vers. 14.* &c.

V. *Sepulchri qualitates sive conditio ac status.* Forma sepulchrorum Judaïcorum describitur in *Thal-mud* parte 4. lib. 3. *Bava batra* cap. 6. hoc modo, quod soliti fuerint cavernam in petra excavare longam sex, latam verò quatuor cubitos, in illa autem caverna octo (secundum alios tredecim) excavabant foramina ad singula corpora reponenda, quia non sepeliebantur singuli separatim à suis, sed tota familia in spelunca una conditis singulis corporibus in separatis foraminibus. Sic de *Abrahamo* commemoratur *Genes. 23. vers. 9.* quod à filiis *Heth* emerit agrum & in eo speluncam duplicem in possessionem monumenti. Spelunca illa se-

pulchralis in *Scriptis Rabinorum* dicitur קבר sepulchrum à sine, & מערות antrum à forma; foramina in illa spelunca vocantur כרכים; saxum, quod adolvebatur ori speluncæ, vocatur גלגל, atrium ante os speluncæ appellatur מצר. *Benjamin* in itineralio refert supra sepulchrum *Rachelis* Behtlehem oppidulo proximum esse testudinem quatuor columnis innixam, inde quidam suspicantur, etiam *Christi* sepulchrum supra terram elevatum fuisse in aliquam altitudinem, id quod tamen descriptioni *Evangelistarum* non videtur convenire, inde *Cyrellus Hierosolym. catech. 13.* inter *Christi* ac *Regum* sepulchra hoc discrimen ponit, quod sepulchrum Domini non fuerit exaggeratum supra terram, ut solent esse *Regum* monumenta. Beda in libr. de locis sanctis sepulchri *Dominici* formam describit hoc modo: Monumentum Domini fuit domus rotunda de subjacente rupe excisa tanta altitudinis, ut homo rectus consistens vix extensa culmen posset attingere, & habet introitum ab Oriente, cui lapis ille magnus impositus atque advolvulus est. In ejus parte Aquilonari ipsum sepulchrum, id est, locus *Dominici* corporis de eadem petra factus septem habens pedes longitudinis, trium palmorum mensurâ à pavimento altius eminens, qui locus non desuper sed à latere meridiano per rotam patet, unde corpus inferebatur, color autem monumenti & loculi albo & rubeo dicitur esse permixtus. Sed cum *Eusebius* lib. 3. de vit. *Constant.* scribat locum sepulchri aggestâ terrâ aliisque rebus à paganis fuisse obrutum, ne ulla ejus extaret memoria, inde facillè intelligitur primam speluncam illius formam olim esse planè immutatam, ut ne hodiernæ nec propinquiorum seculorum descriptiones veterem formam exhibere judicandæ sint. Egregium illud templum, quod *Constantinus* supra *Christi* sepulchrum extrui curavit, Anno *Christi* 1012. à *Calipha Sultano* *Egyptiaco* destructum est. Hodiernam sepulchri *Dominici* formam sic describit *Bernhardus Bredenbachius*, qui anno *Christi* 1483. loca illa sancta visitavit. In medio templi sepulchro *Dominico* superextructi est petra excisa, quadrata, octo pedes alta, sedecim pedes longa, octo pedes lata, marmore candido exterius obducta, versus ortum est janua, per quam si quis in petram illam excisam ingrediatur, inveniet parietem in duas aequales partes dividendam; in hoc parietate est aliud quoddam ostiolum, per quod inpositam petre partem ingressus patet, in qua ad dextram versus Septentrionem ostenditur in pariete caverna ex marmore coloris grysei excisa, trium manuum altitudine & octo pedum longitudine, pendens à sublimi faculis perpetuo igne lucentibus. Quæ descriptio ostendit formam sepulchri *Dominici* longè aliam esse hodie, quàm quæ olim fuit tempore *Apostolorum*, siquidem *Johannes* in illud potuit τὸ εἶδος αὐτοῦ, quod est protenso collo cum *levi* corporis inflexione aliquò respicere *Joh. 20. vers. 5.* hodie verò non nisi per duorum ostiorum ingressum sepulchrum *Dominicum* intueri licet. Certiora igitur sunt, quæ de hoc sepulchro ex descriptione *Evangelistarum* colliguntur: 1. quod fuerit monumentum alienum. *Christus* non habuit in hac vita ubi caput reclinaret *Matth. 8. vers. 20.* ergò nec in morte proprium habere voluit sepul-

pulchrum, quamvis aliàs usitatum esset apud Judæos, ut singulæ familiæ sua propria haberent sepulchra. Abrahamus in promissa terra Canaan non habuit aliquid hereditarium, *ne quidem passum pedis* Actor. 7. vers. 5. interim tamen speluncam agri ad proprium & hereditarium sepulchrum emit Genes. 23. vers. ultim. Christus longè pauperior fuit in terra suæ peregrinationis, qui ne quidem proprium sepulchrum habuit; hac suâ paupertate fecit nos divites 2. Corinth. 8. vers. 9. Ecur proprium haberet sepulchrum, qui per triduum duntaxat in sepulchro commoraturus erat? cur proprium haberet sepulchrum, qui propter alios mori ac sepeliri voluit? In alienum sepulchrum ponitur, qui pro aliorum salute moriebatur. Ponitur in sepulchri caverna aliena, qui pro aliena mortuus erat culpa. *Tumulus paratur his, qui sub lege mortui sunt, victor autem mortis tumulam non habet propriam, quæ enim communitio tumulo & Deo?* inquit Ambrosius libr. 10. in Lucam. Non sibi in humanis aliquod proprium fecerat, qui seipsum hominibus donaturus venerat. Quid illi tumulus proprius in terris, ejus æterna sedes & habitatio est in cœlis? 2. quod fuerit *monumentum Josephi justii*. Inter latrones in cruce mortuus erat, sed in monumento justii sepeliri voluit, quia pro peccatoribus mortuus, non erat ulterius moriturus, sed justitiam & vitam credentibus distributurus. Rom. 4. vers. 25. *Christus traditus est propter peccata nostra, resurrexit verò propter justitiam nostram.* Mysticè Christus adhuc moritur in corde peccatoris, sed requiescit in mente justii. Dum Joseph sepulchrum suum Christo concedit, proprium ejus sepulchrum sanctificatur, sic nobis sanctificantur omnia, quæ Christo prius consecramus, ut ejus usui cedant. 3. quod fuerit *monumentum novum*, in quo nondum quisquam positus fuerat. Dicitur ergo novum duplici ratione, tum quia noviter excisum, tum quia nullum adhuc susceperat mortuum. In Græco sunt tres emphaticæ negationes: *ὅτι οὐκ ἔδειξεν ἑδραίου*. Factum id singulari Dei providentia, ne obvertere possent Judæi, alium quendam jam olim mortuum, non autem Christum ex monumento illo resurrexisse. Theophylactus in cap. 19. Johann. *Novo imponunt tumulo ut significaretur symbolicè rem novam geri per sepulturam Domini adversus mortem & putrefactionem, dum in eo omnes innovamur.* Cyrillus. *Novitas monumenti novum & inauditum de morte ad vitam reditum significat, quia ipsa mors in morte Christi innovata & ad somni conditionem mutata est.* Novo sepulchro infertur, quia novo modo post triduum scilicet propriâ virtute resurrecturus sepelitur. Novo sepulchro conditur, quia novum nomen ac honorem sepulchris nostris suâ morte peperit, ut sint domus viventium ac κοιμητήρια dormientium olim excitandorum cubilia. Monumentum novum pro homine novo, ut sepultura incarnationi conveniat, nam dum incarnaretur, positus est in utero virginali, ubi nondum quisquam positus fuerat, nec ponendus erat. Uterus Mariæ videbatur Josepho cuidam per conjugalem desponsationem paratus, sed per præoccupationem Spiritus sancti factus est uterus Christi: sic sepulchrum hoc alteri Josepho paratum divinâ dispositione factum est sepulchrum

Christi. Ut novo modo ex virgine scilicet nasci voluit novæ nativitatibus dedicatur, sic novo modo sepeliri voluit novæ resurrectionis autor. Novo sepulchro condi voluit, qui novum pectus inhabitare desiderat. 4. quod fuerit *excisum*, Lucas appellat *λαξευτόν incisum*. *λαξεύω* dicitur quasi *λανξέω* seu *λάσξέω lapides incido* atque operi apto. Esaiâ 9. vers. 10. *λαξεύοντες κόπησαν λίθους* conjunguntur. Ezech. 40. vers. 43. *τραπέζαι λίθιναι λελαξευμένα* dicuntur *mensæ lapideæ*, dolatæ ac politæ, quo modo *λαξεύω* etiam usurpatur Exod. 34. vers. 1. Deut. 10. vers. 1. pro opere dolandi ac planandi tabulas illas lapideas, quibus lex est inscripta. Non ergo fuit ex multis faxis sibi invicem compactis constructum, sed ex solida rupe excisum & excavatum. Syrus vocat *נקררן בריבן monumentum effossum*, excisum ex petra scilicet Esaiâ 2. vers. 21. *foveæ petrarum*, hoc est, speluncæ in petris factæ dicuntur *נקררות הצור*. Matthæus dicit, quod Josephus hoc monumentum suum *ἐλατόμησεν ἐν πέτρᾳ excidit* sive excidi curaverit *in petra*. Marcus appellat *λελατομημένον ἐν πέτρᾳ excisum è petra*, ex quo denudò intelligitur, quod non fuerit ex multis lapidibus aptè inter se conferruminatis extractum, sed ex solido saxo excisum. In vicinia montis Calvarie fuit hortus, in horto rupe, in rupe excisum monumentum sive conditorium, in conditorio distinctæ foveæ sive sepulchra excisa. *λατομῆω* formatum est à nomine *λατόμος lapicida*, quod est compositum ex *λάσξ* & *τέμνω*, qui lapides incidit ac lapidibus extruit. Solum Hierosolymitanum erat petrosulum *ὑπόπετρον*, ut vocat Strabo, ideo moris fuit ex vivo solidoque saxo sepulchra excavare. Esa. 22. v. 16. *de Sobna dicitur, quod in petra monumentum sibi excidi curaverit.* Idem verò singulari Dei providentiâ factum, quod Christus positus est in sepulchro ex solida rupe exciso, ne scilicet improbitas Judæorum specie quadam mentiri posset, discipulos noctu per posticum ingressos, vel per subterraneam quandam fossam ad sepulchrum penetrantes corpus Christi ex eo furtim abstulisse. Ideo quoque Christus tale sepulchrum elegit, quod esset immobile nec aboleri posset, ut extaret perpetuum suæ mortis ac resurrectionis monumentum, sicut inter tot Hierosolymæ urbis devastationes ac destructiones qualiacunque illius vestigia adhuc supersunt. Pertinet denique etiam illud ad modum sepulture ac sepulchri qualitates, quod lapis ad ostium monumenti fuerit advolutus, de quo Matthæus c. 27. vers. 60. & Marcus cap. 16. vers. 4. testantur, quod fuerit *magnus valde*, ex quo intelligitur, quod Josephus & Nicodemus aliorum puta fervorum suorum operâ in advolvendo hoc lapide super os sive ostium monumenti fuerint usi, ideò Syrus in plurali vertit, *advolverunt*. Ut sepulchrum ex uno saxo integro fuit excisum, ita hic lapis sepulchro advolutus fuit solidum quoddam atque ingens saxum os illius tegens & ingressum in sepulchrum prohibens. Fecerunt illud hoc fine, ne corpus mortui vel à Judæis injuriâ afficeretur, vel etiam à bestiis læderetur; divinâ autem providentiâ factum est eo fine, ne locus esse posset mendacio de corpore CHRISTI furtim à discipulis sublato. Cum enim saxum illud fuerit ingens, quod non nisi multorum operâ conjunctâ à monumento revol-

revol-

revolvi poterit, inde apparuit mendacii vanitas de corpore Christi furtim ex eo à discipulis sublato. Glossa ordinaria lapidis advolutionem mysticè exponit hoc modo: *Is saxum magnum advolvit ad monumenti ostium, qui contra peccati recidivam diligens ponit obstaculum.* Post Christum semel intra cor nostrum susceptum, claudendum est cordis ostium, ut præter eum nihil in illud penetret. Lucas hic reperit descriptionem temporis, ut ostendat causam, propter quam tam festinanter ipso passionis die Christum sepelierint: *Et dies erat parasceve & Sabbathum illucescebat, hoc est, incipiebat.* Aliud autem est initium diei naturalis, aliud civilis. Dies naturalis initium sumit à luce, id est, ab exitu Solis, proinde propriè dicitur *ἡμέρα* sive *illucescere*, quando incipit: Civilis dies pro ratione diversorum populorum diversum habet initium. Hebræi habito respectu ad Historiam creationis, in qua ex vespera & mane factus dicitur *dies unus*, secundus, tertius, &c. à tenebris, hoc est, ab occasu Solis, quod tempus Scriptura vesperam vocat, diem incipiunt, improprie igitur dicitur *ἡμέρα* sive *illucescere*, quando appetente nocte incipit. Quidam existimant respectum haberi ad stellas, præsertim Hesperum, vesperi lucere incipientes, sed prior explicatio est concinnior, quod illucescere simpliciter usurpetur pro incipere, quia aliàs dies naturalis à luce incipit, ex quo etiam intelligitur, subtilius esse quàm verius, quod de dignitate Sabbathi ex hac phrasi quidam colligunt, quod ipsa vespera Sabbathi mysticè lux dicatur. Joannes sub finem exponit causam, cur in monumentum Joseph Christum reposuerint, nimirum quia *Sabbatum in propinquo erat*, quo non licebat operari, ideo vicinum monumentum elegerunt. *Ibi ergo* (inquit) *scilicet in horto, propter parasceven Judæorum, quod in propinquo esset monumentum, posuerunt Jesum.* Syrus vertit, eò quod Sabbathum intraret, ex quo clarius intelligitur *αιτιολογία*, dies parasceves declinabat ad vesperam & Sabbathum ab occasu Solis incipiebat, urgebantur igitur à tempore, ut in proximum monumentum corpus Christi reponerent. Evangelista dicit, quod *Jesum* ibi posuerint, quod non immeritò refertur ad mysterium unionis personalis, quod scilicet divina τὸ ἴδιον & Natura cum corpore illo adhuc fuerit unita, quamvis aliàs etiam usitatum sit per synecdochen totum hominem pro corpore nominare. Non obscurè significat Johannes, nisi Sabbathi instanti religione prohibiti fuissent, longius eos deportasse Christi corpus, videlicet in Bethaniam vicinam vel etiam in Galilæam, nec reposuissent in monumentum vicinum monti Golgathæo, in quo tam ignominiosâ morte fuerat affectus; & civitati, in qua capitales illius hostes rerum potiebantur, sed divinâ providentia singulariter sic disponente factum est, ut corpus Christi in tale monumentum collocaretur. Chrylostom. hoc loco. *Dispensatum est, ut discipuli eò facile se conferre possent, & que srent in propinquo intuerentur & ut sepulture testes non ipsi tantum, sed & inimici essent. Signaculum enim & custodes sepulchro imposti, sepulture erant testimonio. Mortem non minus quàm resurrectionem manifestari Christus voluit, nam mors si tunc dubia fuisset, resurrectionis ratio non constaret.* Neque hoc Harm. Tom. III. vel Gerhard. Cont. pars quarta.

rum tantum gratiâ propè voluit sepeliri, sed ne falso potuisset quisquam furtum insimulare. Sic ergo in his omnibus mirabilis Dei providentia agnoscenda, cujus viæ non sunt sicut nostræ, nec cogitationes ejus sicut nostræ, Esa. 55. v. 9. Josephus & Nicodemus hoc consilio reponunt corpus Christi in monumento novo, ut honorifica sit illius sepultura, sed Deus hoc facto utitur ad comprobendam Christi resurrectionem. Placet Josepho loci propinquitas, ne Sabbathum violet, sed voluit Deus hac nota sepulchrum filii à communi ordine discernere.

VI. Comites funeris sive sepulturæ comitatus. *Erat autem ibi Maria Magdalena & altera Maria Jose, subsecuta autem & mulieres, que cum eo venerant de Galilæa, sedentes contra sepulchrum, spectabant ubi poneretur & viderunt monumentum, & quemadmodum positum erat corpus Jesu.* Harum muliercularum denuò mentionem faciunt Evangelistæ, ut intelligamus, eas non solum sub cruce primùm stetisse, sed etiam ad sepulchrum Christum Præceptorem suum deduxisse. Sedebant è regione sepulchri, cum Nicodemus & Josephus in sepeliendi munere essent occupati, postea & ipsæ ingressæ sunt sepulchrum, ut viderent, quomodo positum esset corpus Jesu, cui unctionis officium exacto Sabbatho exhibere sibi proposuerant. Metaphrastes disputat, *ad fuisse etiam matrem virginem eamque clavos è ligno crucis exactos in sinum collegisse, ac lachrymis suis corporis plagas emundasse, quod in medio relinquimus.* Sub cruce eam stetisse Johannes asserit, an sepulturæ adfuerit vel prius disceserit, nusquam in Historia Evangelistarum exprimitur, fuit in ea major lux fidei, quam in reliquis mulieribus, procul dubio igitur agnovit propositum illud de unguendo Christi corpore esse frustraneum, cum tertio die gloriosè è sepulchro sit resurrecturus. Reliquæ verò in urbem reverse paraverunt aromata ac unguenta, & Sabbatho quidem quieverunt secundum præceptum. Hæc omnia eò spectant, ut intelligatur, quâ occasione resurrectio Christi mulierculis hisce exacto Sabbatho ad sepulchrum ejus cum aromaticis suis unguentis venientibus sit manifestata, ut ex sequenti Historia resurrectionis plenius intelligatur. Agnoscenda in his omnibus denuò mirabilis Dei providentia. Mulieres parant unguenta & aromata, ut corpus Jesu ungant, sed Deus hac ipsarum operâ utitur ad comprobendam ac testificandam Filii resurrectionem. Mulieres Sabbatho quiescunt propter reverentiam legis divinæ, sed Deus mirabili suâ providentiâ illud disponit, quia nondum advenerat dies tertius, quo Christus erat resuscitandus. Notandum etiam quod Josephi, Nicodemi & Galilæarum muliercularum officiosa erga Christum de mortuum opera divinitus commendetur, ut illorum exemplo *discamus etiam mortuis misericordiam præstare* Eccles. 7. vers. 37. & corpora piè defunctorum honestè sepelire, cum fuerint manuum divinarum opificia, mystici corporis Christi membra, ac Spiritus S. domicilia.

Atq; hæc est descriptio sepulturæ Christi, quam eo modo tractare ac meditari convenit, ut expendamus vaticinia actypos Vet. Test. quibus prædicta ac præfigurata fuit, ac spirituales fructus, quos Christus

ftus sepulturâ sua nobis promeruit. D. Apostolus 1. Cor. 15. v. 4. difertis verbis testatur, Christum non solum passum ac mortuum esse secundum Scripturas, sed etiam sepultum esse secundum Scripturas, inquirenda igitur sunt vaticinia Vet. Test. de ea jam olim edita. Psal. 16. v. 10. *Non derelinques animam meam in inferno; nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Hoc vaticinium Apostoli Actor. 2. v. 31. cap. 13. v. 35. ad sepulturam Christi referunt. August. Epist. 57. ad Dardan. *Illud de anima dictum est, quia non ibi est derelicta, unde tam cito remeavit; istud de corpore, quod in sepulchro corrumpi celeri resurrectione non potuit.* Sed commodius utrumque membrum de sepultura accipitur, cum vox קבר usitatè significet sepulchrum ac vox animæ in linguis orientalibus pro homine usurpetur. Vaticinatur igitur David, Messiam in sepulchrum quidem depositum iri, sed tamen nec relinquendum in sepulchro nec corruptionem subiturum. Psal. 22. v. 16. *In pulverem mortis ponis me,* ubi in voce קבר latet emphasis, quod Messias non solum moriturus, sed etiam in pulverem terræ hoc est, in sepulchrum collocandus sit. Esa. 11. v. 10. *requies ejus erit gloria sive gloriosa,* ubi respicitur non solum ad miracula Christi mortem secuta, sed etiam ad sepulturam ejus honorificam. Fuit autem sepulchrum Christi multis modis gloriosum, ut ostendimus superius. Esa. 53. v. 9. *Dabit impios pro sepultura, & divitem pro morte sua.* Sed hoc vaticinium variis modis exponitur. Hebraea sic habent:

$\text{וְאֵת עֵשֶׂר בְּמִתּוֹתָיִךְ אֶת רִשְׁעִים קָבְרוּ}$

Quidam verbum *dedit*, absolute positum referunt ad populum & nomen עַמִּי vertunt per dativum hoc sensu: *Et dedit scilicet Populus improbis sepulchrum ejus, & diviti in mortes suas.* Existimant ergo significari fore, ut sepultura Christi esset in potestate hominis improbi simul ac divitis, Pontii scil. Pilati Judææ Prælidis, à quo Josephum corpus Jesu ad sepulturam petere oportuit, gentiles enim à Judæis appellari solent Reschaim & ἀνομοι peccatores & legis divinæ contemtores, jam verò Pilatus fuit & gentilis & dives. Posterius vaticinii membrum sic exponunt, quod populus Jesum Pilati potestati ita tradiderit, ut cesserit ei in mortes suas, h. e. tum ipsius illius populi, tum liberorum ejus juxta propriam ipsorum protestationem: *Sanguis ejus sit super nos & super filios nostros.* Quidam verbum *dedit*, referunt ad ipsum Christum, & nomen Reschaim exponunt substantivè hoc modo: *Et dedit impietates sepulchro suo, & In mortibus suis ipse dives,* hoc est, impietates & peccata hominum, quæ portaverat in corpore suo super lignum, intulit secum in sepulchrum, ut à facie Dei jam sint abscondita, & in mortibus suis, hoc est, in passionibus & angustiis suis, quæ fuerunt quasi quotidiana quedam mors 1. Cor. 15. v. 31. dives fuit merito suo ac divites nos reddidit. Hæc interpretatio satis concinna est, nec discedit à litera, in super etiam pulcherrimè de fructu sepulturæ Christi testatur. Quidam verbum *dedit* referunt ad Patrem cœlestem, cujus in præcedentibus & sequentibus prophetiæ verbis fit mentio: *Dedit cum impiis sepulturam ejus,* quia talis habita fuit apud impios Sacerdotes & Phariseos, qui ne quidem se-

pulto jam Christo quietis ac tranquillis animis esse potuerunt. Sunt qui existimant, Christum hoc sensu sepulchrum dici ut impium, quia fuit lineis involutus, jam verò impietas sive peccatum efficit, ut nos mori ac pannis lineis membra nostra involvi oporteat. Quidam articulum וְאֵת utrobique accipiunt, ut notam casus sexti, *Dedit cum impiis sepulchrum ejus, & cum divite in mortibus suis.* Cum impiis enim fuit sepulchrum ejus, quia juxta montem Calvariæ cum latronibus sepultus est; fuit & cum divite sepulchrum ejus, quia sepultus est in monumento divitis Josephi. Rabbi Jonathan sic exponit: *Tradet impios in gehennam, & divites divitiarum, qui iniquè egerunt in mortem perditionis, ut influetur, Messiam per potentiam divinitatis fore infidelium damnatorem.* Hæc omnia rectè quidem dicuntur, interim proximè accedit ad literam, si nomen Reschaim substantivè accipitur & in casu quarto positum, uti diximus; si quidem וְאֵת propriè est articulus accusativi casus, quæ verba transitiva sive activa regunt. Illud videtur huic interpretationi obstare, quod in altero vaticinii membrum וְאֵת accipitur in nominativo positum, sed notum est Hebrææ linguæ gnaris, illud etiam alibi occurrere, præsertim quando conjungitur cum verbis passivis ac intransitivis. Hæc sunt potiora de sepultura Christi vaticinia, secundario ad eam referuntur sequentia. Psal. 4. v. 9. *In pace simul dormiam & requiescam.* Psal. 88. v. 5. *estimatus sum cum descendentibus in lacum, factus sum inter mortuos absconditus.* v. 7. *posuisti me in lacu inferiori, in tenebris & in umbra mortis.* Cyrill. Hierosolym. catech. 13. ad sepulchrum Domini refert locum ex threnis Jeremiae c. 3. v. 53. *ἐθαψάσαν ἐν λακῶ ζωὴν μου καὶ ἐπέθηκαν λίθον ἐπ' ἐμοῦ* extinxerunt in fovea vitam meam & posuerunt lapidem super me. Hieron. in cap. 27. Matth. *Quod (Christus) in sepulchro ponendus esset, Prophetæ testimonium est dicentis. Hic habitabis in excisa spelunca, & petra fortissima* Esa. 33. *statimque post duos versiculos sequitur, Regem cum gloria videbitis.* Clarissimus typus sepulturæ Christi triduanæ precessit in Jona tres dies in ventre ceti delitescente Jon. 2. v. 2. sicut ipse Christus hunc typum ad se accommodat Matt. 12. 40. *Sicut fuit Jona in ventre ceti tribus diebus ac tribus noctibus, sic erit Filius hominis in corde terre tribus diebus ac tribus noctibus.* Exprimitur autem in hoc typo fructus sepulturæ Dominicæ. Ut enim Jona in mare projecto tempestas cessat, sic Christo in cruce mortuo & in sepulchrum delato tempestas iræ divinæ peccatis nostris debitæ cessavit. Ut Jonas ex ventre ceti redivivus prodians penitentiam prædicavit: sic Christus ex sepulchro resurgens prædicare jussit in nomine suo penitentiam & remissionem peccatorum Luc. 24. v. 47. Secundarii typi recenserit possunt complures, ut potè Adami obdormiscentis & quiescentis, cum Sponsa ipsi extrueretur Gen. 3. v. 22. Josephi in tertium usque annum in carcere latitantis, antequam perduceretur ad gloriam Gen. 41. v. 1. Simonis in civitate Gasa conclusi, antequam portas à cardinibus elevatas in montem secum portaret Jud. 16. v. 3. Danielis in lacum leonum ab inimicis suis projecti Dan 6. v. 11. &c. Quod ad fines & fructus sepulturæ Dominicæ attinet, notandum est, quod Christus sepeliri voluerit non tantum propter Scripturæ imple-

pletionem, sed etiam in veræ mortis testificationem, propter peccatorum nostrorum expiationem & propter sepulchrorum nostrorum sanctificationem. In Pantheologia veterum, ut vocatur Summa Rainerii, non inveniunt tres illius rationes indicantur. 1. Veri probatio. 2. Spei collatio. 3. Exempli imitatio. Per veri probationem intelligitur, sepulturam Christi fuisse manifestum testimonium veræ mortis. Solent quidem quandoque facinorosi propter enormia delicta vivi defodi, sicut apud Romanos Virgines Vestales propter stuprum solebant vivæ contumulari, sed interim sepultura ordinariè & communiter manet veræ mortis testimonium, nemo enim sepelitur, nisi de cuius morte evidenter constat. Factum igitur divinâ providentiâ, ut Christus non ab hostibus, qui vel semivivum sepulchro inferre non fuissent veriti, sed ab amicis sepultus fuerit, ut verè ipsum esse mortuum ex eo constaret. Quamvis enim Christus inter sceleratos reputatus sit. Eia. 53. v. 12. Marc. 15. v. 28. tamen aliud supplicii genus sustinuit, eoque occisus est, ut non opus fuerit eum vivum contumulari. Nisi Christus fuisset sepultus, potuissent Judæi ac gentiles prædicationi resurrectionis opponere, quod discipuli ex cruce ipsum sustulerint & resurrectionem mentiantur, vel quod semivivum è cruce sublatum iterum sanârint, sed cum publica accedat sepultura, mendacium illud jugulatum est, antequam fuit natum. Per collationem spei intelligitur quod Christus sanctissimi corporis sui contactu sepulchra nostra sanctificârunt & spem nostrâ olim resuscitationis confirmârunt. Ut enim Christus in Baptismo contactu corporis sui Jordanem & omnes aquas in lavacrum regenerationis consecravit: sic in sepultura sua sepulchrum Josephi & omnia nostra sepultura sanctificavit, ut non amplius sint *cadaverum stabula*, sicut Tertull. lib. de resurrectione. carnis ea appellat, sed viventium dormitoria. Sunc aliâ sepulchra nostra plena ossibus mortuorum & omni spurcitie. Matt. 23. v. 27. in quibus putredo, vermes & serpentes habitant, inde exhorrescimus, si in ea nos collocanda esse cogitamus, sed videmus Christum, cujus corpus in morte & sepultura mansit divinitatis proprium templum, contactu suo ea mundare, consecrare & sanctificare, ut fiant *דוריתא ביתא דחיים* domus viventium & *ביתא דחיים* dormitoria, in quibus tranquillè dormimus, prodituri olim ex illis ad vitam æternam. 2. Reg. 13. vers. 21. reviviscit homo projectus in sepulchrum Elifai & ossa ejus tangens. Quod si Elifai ossa ex sepulchro fecerunt domum vitæ, an non multo magis Christi corpus piorum sepulchra sanctificaret & domus viventium ex illis faceret? Sicut Christus propter nos, natus, passus ac mortuus est, sic etiam propter nos. h. e. in nostrum commodum sepeliri voluit beatam in sepulchro quietem nobis impetrans. Ut enim Deus post creationis opus *requievit die septimo* ac Sabbathum celebravit Gen. 2. 2. sic & Christus absoluto & consummato opere redemptionis suam in sepulchro Sabbathum agere voluit, ut anima nostra in Deo & corpus placidè in sepulchro quiesceret, no-

bisque ad æternam requiem aditus pateret. Ad spei collationem etiam illud pertinet, quod Christus sepultus omnia peccata nostra sepelierit ac *in profundum maris demerferit* Mich. 7. v. 19. Cum enim *portaverit ea in corpore suo super lignum* 1. Petr. 2. v. 24. ex eo facilè intelligitur, quod deportarit ea secum in sepulchrum & à conspectu Dei amoverit, *ne collocentur in lumine vultus ejus* Ps. 90. v. 8. Ipsa sepultura est pars quædam pœnæ peccatis debitæ juxta comminationem divinam Gen. 3. v. 19. *Pulvis es & in pulverem reverteris*, Christus igitur in pulverem mortis collocari voluit, ut & hanc peccati pœnam nostri loco subiret. Dicitur quidem sepultura Christi gloriosa propter causas superius expositas, interim tamen in se ac per se pertinet ad statum exinanitionis & est pars quædam obœdientia, ac summæ illius humiliationis, quam propter nos sustinere voluit. Denique *per exempli imitationem* intelligitur spiritualis nostra cum Christo sepultura Rom. 6. v. 4. *Consepulti sumus cum Christo per Baptismum in mortem, ut quemadmodum Christus resurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus.* Novus homo quotidie cum Christo per pœnitentiam resurgere, sed vetus crucifigi, ac sepeli cum Christo debet. Si pravæ concupiscentiæ in corde tuo oriuntur, utere spirituali illâ sepulturâ, *ne caro cum suis concupiscentiis vivat ac dominetur.* Christus in sepulchro quievit, ut nos *quiesceremus agere perverse* Es. 1. v. 16. sepulchro condi & humari voluit, ut peccata nostra sepulta & in terra recondita esse sciremus, caveamus igitur, ne unquam à nobis iterum eruantur. Violatoribus sepulchrorum, gravissimæ pœnæ in legibus civilibus sunt constitutæ, at quid aliud quæso agunt, qui in peccatis contra conscientiam vivunt, quàm quod Christi sepulchrum, in quo peccata illa recondita sunt, nefariè violant? Cum Christus Sabbathum ageret in sepulchro seq; Patri cœlesti formandum exhiberet, Pater sepulchrum ipsius per resurrectionem fecit gloriosissimum: sic in nobis salutaria & gloriosa operabitur Deus, si à nostris operibus ab Adamo ingentis cessaverimus ac spirituale Sabbathum egerimus Es. 58. v. 13. Theodor. lib. 1. c. 26. Euseb. in vita Constant. lib. 3. c. 25. referunt, gentiles in contumeliam Christianæ fidei templum luxuriosissimæ Veneris super sepulchrum Christi extruxisse, ut illic virginalis partus promiscuâ mulierum & virorum commixtione probro afficeretur. Hoc gentilium factum imitantur, qui corpora sua faciunt delubra Veneris & Bacchi, vel ut Apostol. loquitur, *membra meretricis* 1. Cor. 6. v. 15. & *arma iniquitatis* Rom. 6. v. 13. Ut autem Constantinus Imp. fœdissimum illud delubrum demolitus est & templum in Christi honorem ibidem extruxit: sic corpora nostra patiamur esse Spiritus S. templum & arma justitiæ &c.

*Cor ego Christe meum tibi dono, recondere in illo,
Fac modo μνημείον Christi sit bocce novum.*



CAPUT CCIV.

PONTIFICES AC PHARISÆI CUSTODIAM SEPULCHRO
DOMINICO ADJUNGUNT.

MATTH. 27. v. 62.

RATIO ORDINIS.

ADescriptione sepulturæ Christi Marcus, Lucas & Johannes immediate progrediuntur ad describendam resurrectionis Dominicæ manifestationem. Sed Matthæus peculiare quid commemorat, quòd die resurrectionem Christi proximè antecedente contigit, videlicet quòd Pontifices ac Pharisæi militibus à Pilato Præside

impetratis sepulchrum Christi custodiverint, ne corpus demortui à discipulis furtim sublatum falsam resurrectionis opinionem animis hominum infillaret. Hæc ergo Historia resurrectionis manifestationi præmittenda. Illam ut solus Matthæus descripsit, ita quoque in capite 28. sequente solus testimonium horum custodum de Christi resurrectione exposuit.

HISTORIA DE CUSTODIBUS SEPULCHRO
DOMINICO ADJUNCTIS.

MATTH. 27.

62. Τῇ ἑπιπέμῳ, ἥ τις ἡμέρα τὸ πᾶσι δούλωσιν ἰσχυροῦσι
οἱ δεχόμενοι καὶ οἱ Φαρισαῖοι πρὸς Πιλάτον.
63. Λέγοντες, κύριε ἐμνήθημεν, ὅτι ἐκεῖνος ὁ πλάσθε
εἰπεν ἐπιπέμῳ, μὴ τρεῖς ἡμέρας ἐγειρομαι.
64. Κελεύσαντες αὐτὸν Φαλιθῆσαι, τὸ πᾶσι φωνεῖν τὴν τρίτην ἡμέ-
ρας, μὴ ποτε ἐλθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ νεκρῶσι
κλείψαντες αὐτὸν καὶ εἰπώσιν τῷ λαῷ, ἡγήθη δὲ τὸ
νεκρῶν, ἔσαι ἡμέραν πλάσθη χεῖρων τὴν πρώτην.
65. Εἶπεν ἡ αὐτοῖς ὁ Πιλάτος, ἔχετε κερσωδία, πᾶσι φωνεῖ
αὐτῶν αὐτῶν, ὡς οἴδατε.
66. Οἱ ἡ πορεύοντες ἡσθαλίαν τὸ πᾶσι φωνεῖ σφραγίσαι
τὸ λίθον μὴ τὸ κερσωδίας.

62. Postero autem die, qui sequitur pasceven, conveni-
runt principes Sacerdotum ac Pharisei ad Pilatum,
63. Dicentes, Domine, recordati sumus, quod impostor ille
dixit adhuc vivens, post tres dies resurgo.
64. Jube ergo muniri sepulchrum usq; in diem tertium,
ne quando veniant discipuli ejus noctu & furentur
eum, dicantq; plebi, surrexit à mortuis. Et erit
novissimus error pejor priore.
65. At illis Pilatus, Habetis custodiam, ite, munite sicut
scitis.
66. Ille verò abeuntes munierunt sepulchrum obfignato la-
pide, adhibitis custodiibus.

Exegesis hujus Historia.

Daniel. 6. v. 14. & seq. commemoratur, quod Rex Darius vehementer laboraverit, ut Danielem ex manibus inimicorum liberaret, sed cum nihil proficeret, abjectus fuit Daniel in lacum leonum ac Rex obfignavit sigillo suo lapidem super os foveæ illius collocatum. Factum autem mirabili Dei providentia, ut Daniel vivus & incolumis ex lacu leonum prodierit. Hæc Historia ad passionem Dominicam pulcherrimè applicari potest. Pilatus strenuè laboraverat pro Christo ex manibus Pontificum liberando, sed cum frustra omnem operam sumeret hostes ipsius velut leones rugientes aperuerunt contra eum os suum Psal. 22. v. 14. & curarunt in sepulchri foveam eundem abjici, ubi lapidem super os sepulchri collatum Pilatus sigillo suo obfignat. Sed mirabili Dei consilio Christus ex sepulchri fovea redivivus surgens omnia hostium suorum consilia, conatus omnes evertit. Hæc se-

pulchri custodia & obfignatio describitur in præ-
sente pericope complectente Historiam eorum,
quæ proximè à sepultura Christi die per Pontifices
ac Pharisæos gesta sunt, quomodo scilicet impetratà à
Præside militari custodia sepulchrum munierint &
obfignarint. Possent hæc Historia ad ipsam sepultu-
ram referri, & septimum narrationis membrum de
sepulchri custodia complere, sed quia videtur à reli-
quis Historiæ de sepultura partibus per adversati-
vam h̄ separari, ideo rectius peculiari capite expli-
catur. Possunt autem hujus pericopes duæ statui
partes, Prior exponit Pontificum petitionem, Posterior
præsidis annuicionem.

1. Τῇ ἑπιπέμῳ scilicet ἡμέρα, die postera, qua est
post pasceven, h. e. in ipso Sabbato, in quod primus
dies Paschalis festi maximè solennis eo tempore
juxta computationem Judæorum incidebat. Pa-
ralceve est feria sexta, quam nos vocamus diem Ve-
neris